CATECHISMUS,

ET

FIDEI CONFESSIO:

Approbata, & Confirmata Communi Conſenſu & Concilio Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum, Chriſto ipſo inter eos præſidente & proloquente.

Quæ Continet

Veram & fidelem Narrationem Dogmatum & Doctrinarum, quæ certiſſimè creduntur ab *Eccleſiis Chriſti*, in *Magna Britannia*, *Hibernia* &c. quæ Ironicè *Tremuli*, Anglice *Quakers*, dicuntur; Inveniuntur tamen in *Unitate Fidei* cum *Primitiva Eccleſia*, & *Sanctis*; ut luculenter apparet ex planis quibuſdam Scripturæ Teſtimoniis, [ſine *Conſequentiis* aut *Commentariis*] quæ hic collecta ſunt & inſerta, ad quaſdam familiares *Quæſtiones*, quæ non minus prudentum & ſapientum, quam imbecillium & illiteratorum capacitati accommodatæ ſunt.

Cum alloquio ad alios Chriſtianitatis Profeſſores.

Editio ſecunda, priore multo Emendatior.

Authore ROBERTO BARCLAIO

Johan. cap. v. 39. *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis vobis in ipſis Vitam Æternam habere*, &c.

LONDINI

Imprimuntur et Proſtant Venales apud Aſſignatos *J. Sowle* ad Inſigne Bibliorum in Area dicta *George-Yard*, in Vico vulgo *Lombard-Street*. MDCCXXVII.

110. k. 417.



Ad Lectorem Præfatio.

EX quo magna illa Apoſtaſia invenit Locum, tum in Capitibus, tum in Cordibus eorum, qui ipſis Apoſtolorum Diebus cœpêrunt à primitivâ Simplicitate & Puritate *Evangelii* diſcedere; ſicut tunc ſecundum primitivum Splendorem & Integritatem tradebatur: Innumeræ fuere Inventiones, & multiplices Traditiones, variæque Notiones & Opiniones, quibus Homo, *Inſtabilitati* Animi ſui cedens, *Chriſtianam Religionem* oppreſſit; ita ut eas primò addendo, deinde æquando, & tandèm præponendo *Veritati*, in ejus Locum ſubſtitutæ ſunt; & *Veritas* ipſa excludi cœpit; aliudque prorſus, *Speciem* & *Nomen* quidem habens, ſed *Re ipſâ* carens, illius Locum obtinuit: placuit tamen Deo Teſtes ſibi ſuſcitare, qui quolibet,

ferè Seculo, ſecundum Manifeſtationem receptam, plùs minùs contra *Superſtitionem* & *Apoſtaſiam* Mundi teſtati ſunt; & præſertim illo *Lumine*, quod primò *Germaniæ* & tunc aliis quibuſdam Nationibus Centum & quinquaginta abhinc Annis illuxit, *Beſtia mortiferum Vulnus* accepit: & non pauci ab Eccleſiâ *Romanâ*, quòad Craſſiora ejus Dogmata & ſuperſtitioſas Traditiones, ſe ſeparârunt; ſed, pro Dolor! Lamentationi Cauſa eſt, quòd illorum *Proteſtantium* Succeſſores in Semetipſis ſtabiliant & reædificent, quæ Patres deſtruebant; tantum abeſt, quod tam honorabile Opus proſequantur, quod ſic facile patebit.

Omnes ferè *Proteſtantes* (ut ut aliter inter ſe diſcordent & dividant) in his duabus Propoſitionibus contra Eccleam *Romanam* concordant.

Primò, Quod unumquodque Dogma Doctrinæ Chriſtianæ Fidei debeat Scripturæ Teſtimonio inniti; & quòd quæcunque

quæcunque Dogmata non ſolùm contraria, ſed quæ ſecundum Scripturas non ſunt, rejici debeant tanquam *Anti-Chriſtiana.*

Secundo, Quod ipſæ Scripturæ claræ ſint & Intellectu faciles, & quòd unuſquiſque privatus Chriſtianus & Eccleſiæ Membrum debeat eas perlegere, ut Fidem ſuam indè confirmatam ideò ſolummodò recipiat & teneat; et non propter ullius Eccleſiæ, Synodi, vel Concilii Authoritatem aut Recommendationem; quæ licet præcipua & puriſſima ſint, non tamen tanquam infallibilia æſtimare tenentur. Verùm, contra Notum hoc & Manifeſtum eorum Principium, quàm ardentiſſimè, eâdem Severitate, quâ olim Patres ſuos *Pontificii*, nunc ipſi alios proſequuntur & perſequuntur, quia quibuſdam, quæ planè exhibet Scriptura, credunt: & quia quibuſdam nolunt credere, quæ non per Scripturam, ſed ſolummodò per Traditionem ipſi probare poſſunt; ad quod evincendum non hoc Loco

insistam, (cum in ipso *Libro Caput* huic Negotio assignatur,) quoniam *Præfationis* Limites id transiret.

O quantum (cum Dolore hoc profero) se similes ostendunt Veteribus illis *Scribis* & *Phariſæis*, qui tantopere *Moſen* & *Prophetas* exaltabant, gloriantes se esse *Abrahami* Liberos! Et tamen hi erant illi maximi Christi Vilificatores & Adversarii, de quo *Moſes* & omnes *Prophetæ* testabantur; imò maxima eorum contra Christum Accusatio erat, quod legis *Contemptor* & *Blaſphemus* fuit.

Num aliquid magis ad-æquatum esse potest? Cum jam reperiatur Populus, in quem acerrimè invehunt & acerbissimè persequuntur tanquam *Hæreticos*, quidam Scripturæ Magnificatores: & tamen hujus Populi Dogmata verbatim in Scripturâ inveniuntur, licet hoc illis maximè, ut falsissimè, objiciatur, *quod Scripturas vilificent & denegent & Imaginationes ſuas earum Loco ſubſtituant*: Ad tam horrendam

horrendam *Calumniam* removendam *Catechiſmus* & hæc *Confeſſio Fidei* elaborata eſt: & tibi, Benigne Lector! tuaque æquæ Examinationi oblata. Si verè Scripturas amas, Doctrinasque ibi traditas, nec Confictis & Commentis Hominum *Conſequentiis* credere cupis, facile obſervare poſſis omnia *Dogmata Tremulorum*, ſic dictorum, *Scripturarum Verbis* luculenter concepta & ſignificata, ſine Additione aut Commentario; præſertim in iis, quibus ab aliis Opponuntur, Scriptura apertè ipſorum Partibus favet, ſine ſcholaſticis iſtis Diſtinctionibus, quæ eſt *Sapientia* iſta, per quam ignorabat Deum Mundus: & Verba, quæ multiplicata fuere ſine Cognitione, quibus Conſilium obnubilatum eſt.

In *Reſponſionibus Quæſtionum*, nè vel Verbum eſt, quod novi, niſi ipſa *Scripturæ* Verba; & ſi in quibuſdam *Quæſtionibus* aliquid ſubſumatur, quod, meâ *Sententiâ*, videtur eſſe *nuda* & *plana Verborum Significatio*,

non ideo fit, quasi Sensum meum Lectori velim obtrudere, sed Connexionis gratiâ, ut sequenti *Quæstioni* aditus fiat. Num enim Scripturæ Testimonia à me adducta apte Quæstionibus respondeant, nec ne, illud relinquo cujuslibet Rationalis Hominis Judicio, qui Christi Luminì Cor suum Illuminanti vel minimum dat Aditum, & Præjudiciis non præoccupatus est.

Non diu postquam receperam (& credideram) quam nunc profiteor, *Veritatem*, Operis hujus & Possibilitatem & Facilitatem vidi; & nunc post pleniorem & uberiorem cum Sacris Literis Familiaritatem, datum mihi est Temporis aliquod & ad Suscipiendum, & ad illud perficiendum.

Non dubito quin augeri possit quibusdam *Testimoniis*, quæ hic omissa sunt, cum in Memoriam mihi non venerint, habeo tamen quod contentus sim, quoniam adeo mihi adjumento fuerit Deus in hoc Opere, per *Spiritum*

tum ſuum, bonum illum *Commemoratorem*. Ad cujus Manifeſtationem advertentes, qui hæc *ſeriò* perlegunt, ipſo *Spiritu* adjuti erunt ad *Veritatem* inveniendam; & quod qui hactenus credidêrunt hinc ſtabiliantur & confirmentur, enixè exoptat & quotidiè exorat,

Robertus Barclaius
Eccleſiæ Chriſti
Miniſter.

Ab Uriâ *in* Scotiâ *undecimo die Menſis vulgo* Auguſti, 1673.

CAP. I.

DE Deo & verâ ac ſalutiferâ ejus Cognitione.

CAP. II. De Regulâ & Ductore Chriſtianorum, ac de Scripturis.

CAP. III. De Manifeſtatione Jeſu Chriſti in Carne, deque Uſu, & Fine ejus.

CAP. IV. De novo Partu, interna Chriſti Manifeſtatione, & Unitate Sanctorum cum illo.

CAP. V. De Luce, quâ Jeſus Chriſtus omnem Hominem illuminavit. De Univerſalitate, & Sufficientiâ Dei Gratiæ illinc univerſo Orbi Manifeſtatæ.

CAP. VI. De Fide, Juſtificatione & Operibus.

CAP. VII. De Perfectione, ſeu perfectâ Libertate à Peccato.

CAP. VIII. De Perſeverantiâ & de Lapſu à Gratiâ.

CAP. IX. De Eccleſiâ & Miniſterio.

CAP. X.

Capitum Argumenta.

Cap. X. De Cultu.

Cap. XI. De Baptiſmo, & Pane, & Vino.

Cap. XII. De Statu Chriſtiani in Genere, quis & qualis eſſe debeat in hoc Mundo.

Cap. XIII. De Magiſtratu.

Cap. XIV. De Reſurrectione.

Cap. XV. De Fidei Confeſſione brevis Introductio.

Cap. XVI. Confeſſio Fidei Articulos viginti tres continens.

Cap. XVII. Alloquium ad alios Chriſtianitatis Profeſſores.

Cap. XVIII. Brevis Examinatio Confeſſionis & Fidei Weſtmonaſterienſis.

De D

Quæst

cognosc
Quidn
nionem
R. P
cognos
&, que
Q. Q
R. Q
nebris
duit in
Lucem
Chrifti
Q. Q
R. U
n Mun
num:
Q. Q
R. D

CAP. I.

De Deo, & verâ ac ſalutiferâ ejus Cognitione.

Quæſt. CUM *hoc ſit indubitatum omnibus Chriſtianis, quod ſumma Fœlicitas poſita eſt in cognoſcendo & poſſidendo Vitam Æternam; Quidnam eſt illa, ſecundum Senſum & Opinionem Chriſti?* Cap. 1.

R. Hæc eſt autem Vita Æterna, ut te cognoſcant eſſe illum ſolùm verum *Deum*, &, quem miſiſti, Jeſum Chriſtum. *Joh.* cap 17. v. 3.

Q. *Quomodo revelat Deus hanc Notitiam?*

R. Quoniam Deus, qui dixit, ut é Tenebris Lux ſplendeſceret, is eſt qui ſplenduit in Cordibus noſtris, ad præbendam Lucem Notitiæ Gloriæ Dei in Facie Jeſu Chriſti. 2 *Cor.* 4. 6. *Epheſ.* 4. 6.

Q. *Quot ſunt Dei?* 1 *Reg.* 8. 23.

R. Unus Deus, ſcimus Idolum nihil eſſe in Mundo & nullum eſſe *Deum alium niſi unum*: Nobis tamen *unus eſt Deus*. *Iſa.* 40. 25. 45. 5, 6. 43. 17.

Q. *Quid eſt Deus?* 1 *Cor.* 8. 4, 6.

R. Deus eſt Spiritus. *Joh.* 4. 24.

Q. *Inter*

Q. *Inter omnes illas beatas & splendidas Proprietates nec non divinas Excellentias quæ in Sacris Literis Deo ascribuntur & attribuuntur, quænam nobis Notitiu maximè necessaria est, & veluti Nuncius quem Apostoli præsertim recepérunt declarare Tempore Evangelii?*

1 Joh. 1 5. R. Hic est igitur Nuncius ille, quem audivimus ex ipso & renunciamus vobis, *Deum Lucem esse*, nec Tenebras in eo esse ullas.

1 Joh 5. 7. Q. *Quot sunt Testificantes in Cœlo?*

R. Tres sunt qui testificantur in Cœlo *Pater*, *Sermo* & *Spiritus Sanctus*; & hi tres Unum sunt.

Q. *Quomodo cognoscitur Deus Pater secundum Verba Christi?*

Mat. 11. 27. Luc. 10. 22. R. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, & nemo novit Filium nisi Pater neque Patrem quisquam novit *nisi Filius & cuicunque voluerit illum Filius retegere.*

Q. *Quomodo revelat Filius hanc Scientiam?*

1 Cor. 2 9, 10, 11 12. R. Sed prædicamus (sicut scriptum est) quæ Oculus non vidit, nec Auris audivit, nec in Mentem Hominis venèrunt, quæ paravit Deus iis à quibus ipse diligitur. Nobis autem Deus ea retexit per *Spiritum suum*, *Spiritus* enim omnia *scrutatur* etiam Profunditates Dei. Quis enim Hominum

Hominum novit ea quæ ſunt Hominis, niſi Spiritus Hominis qui eſt in eo? Ita etiam ea quæ ſunt Dei nemo novit, *niſi Spiritus Dei.* Nos vero non Spiritum Mundi accepimus; ſed *Spiritum qui eſt ex Deo*; ut ſciamus quæ Deus nobis eſt gratificatus. *Joh.* 14. 26.

Advocatus autem ille, id eſt, *Spiritus ſanctus*, quem mittet Pater in Nomine meo, *Ille vos docebit omnia*, & ſuggeret vobis omnia quæ dixi vobis.

CAP. II.

Cap. 2.

De Regulâ & Ductore Chriſtianorum, ac de Scripturis.

Spiritus Ductor.

Qu. CUM *Spiritu Chriſtus revelat Cognitionem Dei in Rebus ſpiritualibus*: *An oportet nos etiam Spiritu regi ſub Evangelio?*

R. Vos autem non eſtis in Carne; ſed in Spiritu; ſiquidem *Spiritus Dei habitat in vobis*; quod ſi quis *Spiritum Chriſti* non habet, is non eſt ejus. Quotquot enim *Spiritu Dei aguntur*, ii ſunt Filii Dei. *Rom.* 8. 9. 14.

Q. *An igitur Internum aliquod Principium eſt, quod Chriſtianorum Regula & Ductor futurum eſt?* Sed

Unctio Doctor.

R. Sed Unctio quam vos accepistis ab eo, *manet in vobis*; nec necesse habetis ut quisquam doceat vos; verum sicut eadem Unctio docet vos de omnibus, quæ & verax est & non Mendax; et sicut docuit vos, manebitis in eo.

1 *Joh.* 2. 27.

Cæterum de Fraterno Amore non necesse habetis ut scribam vobis; ipsi namque *Divinitus edocti estis* ut diligatis alii alios.

1 *Thes.* 4. 9.

Q. *Hinc patet quod internâ Unctione & Regulâ Christiani docentur: An hic est Tenor novi Fœderis?*

R. Quamobrem hoc est Pactum quod paciscar Domui *Israelis* post Dies illos, dicit Dominus, *Indam Leges meas Menti eorum*, & Cordi *eorum inscribam*, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi Populus, Neque docebunt singuli proximum suum, & singuli Fratrem suum, dicentes, Cognosce Dominum, nam *omnes cognoscent me*, ab eo qui pusillus fuerit inter eos, ad eum usque qui magnus fuerit inter eos. Et erunt omnes docti a Deo.

Heb. 8. 10, 11. *Jo.* 6. 45

Q. *Quomodo distinguit Apostolus hanc Legem ab externâ?*

R. Nam *Lex Spiritûs Vitæ*, qui est in Christo Jesu, liberavit me a Lege Peccati & Mortis.

Rom. 8. 2.

Q. *An ideo promisit Christus quod Spiritus maneret cum Discipulis & habitaret in illis?*

R. Ego vero rogabo Patrem, & alium Advocatum dabit vobis, ut maneat vobiscum in Æternum; *Nempe Spiritum illum Veritatis*, quem Mundus non potest *Jo.* 14. 16, 17. accipere, quia non conspicit eum, nec novit eum; vos autem nôstis eum, quia apud vos manet & *in vobis erit.*

Q. *Quo Fine scriptæ sunt Sacræ Literæ?*

R. Nam quæ ante scripta sunt ad *nostram Doctrinam* ante scripta sunt, ut per Tolerantiam & Consolationem Scripturarum Spem habeamus. *Rom.* 15. 4.

Q. *Quo utiles sunt?*

R. At tu maneto in iis quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt, sciens a quo didiceris. Teque a Puero sacras Literas novisse, quæ te possunt *sapientem reddere ad Salutem*, per Fidem quæ est in Christo Jesu. * Tota Scriptura *Divinitùs* est inspirata, & *utilis ad Doctrinam*, ad *Redargutionem*, ad *Correctionem*, ad *Disciplinam* in Justitiâ; ut perfectus sit Homo Dei, ad omne Opus bonum perfectè instructus. *2 Tim.* 3. 14, 15, 16, 17.

Q. *In quo consistit Excellentia Scripturarum?*

R. Si illud primum noveritis, nullam Prophetiam Scripturæ esse propriæ Explicationis

* Secundum Græcum et Veritatem, potius Legi debet, omnis Scriptura Divinitus inspirata est utilis.

2 Pet. 1. 20, 21. plicationis. Non enim Libitu Hominis allata eſt olim Prophetia; ſed acti *à Spiritu ſancto locuti* ſunt ſancti Dei Homines.

Q. *Scripturæ igitur æſtimandæ ſunt quod provenêrunt à Spiritu, eæque teſtificantur, quod non ipſæ, ſed Spiritus, ſit Ductor in omnem Veritatem: Quo Reſpectu jubet Chriſtus Scripturas ſcrutari?*

R. * *Scrutamini* Scripturas, quia vos videmini vobis in ipſis Vitam Æternam habere; & *Illæ ſunt quæ teſtantur de me.* Joh. 5. 39

Q. *Percipio fuiſſe olim Generationem magnopere exaltantem Scripturas, nolentem tamen credere, imo recuſantem illum Ductorem, quem Scriptura præbebat: Quomodo Chriſtus alloquitur tales?*

R. Ne putetis me accuſaturum vos apud Patrem; eſt qui accuſat vos, *Moſes*, in quo vos ſperatis: *Si enim crederetis* Joh. 5. 45, 46, 47. Moſi, *crederetis mihi*; nam ille de me ſcripſit: Quod *ſi Scriptis illius non creditis*, quomodo Verbis meis credetis?

Q. *Quales igitur hi exiſtimandi ſunt, non obſtante quod prædicant ſe regulari Scripturâ?*

R. In quibus ſunt nonnulla Difficilia intellectu, quæ *Indocti parumque ſtabiles* 2 Pet. 3. 16. *detorquent*, ut reliquas Scripturas ſuo ipſorum Exitio. Cap.

* Paſor ponit Verbum [*Scrutamini*] in Indicativo; quod Græco Verbo ἐραυνᾶτε, et Contextu approbari videtur.

CAP. III.

De Manifestatione Jesu Christi in Carne, deque Usu & Fine ejus.

Qu. QUÆ *sunt Scripturæ quæ luculenter prædicant Christi Adventum?*

R. *Prophetam è Medio* tui è Fratribus tuis, ficut Ego sum, *suscitabit* tibi Jehova Deus tuus; ei auscultate. *Deut.* 18, 15.

Idcirco dat Dominus ipse vobis Signum, *Ecce Virgo concipiet & pariet Filium*, & vocabis Nomen ejus *Emmanuelem*. *Iesch.* 7. 14.

Q. *Nonne Jesus Christus existebat antequam apparuit in Carne: Quæ sunt Scripturæ quæ hoc evidenter probant, contra eos qui contrarium hæreticè asserunt?*

R. At tu Bethlechem Ephratæ, minima es tis in Ducibus Jehudæ, ex te mihi prodibit futurus Dominator in Israele, *cujus Exortus inde à Principio, à Diebus seculi sunt.* *Mic.* 5. 2.

In *Principio erat* Sermo ille, & Sermo *ille erat* apud Deum, eratque ille Sermo Deus, Hic Sermo *erat in Principio* apud Deum. Omnia per hunc Sermonem facta *Jo.* 1. 1. 2. 3.

sunt

sunt, & absque eo factum est nihil quod factum sit.

Jo.8.58. Dixit iis Jesus, Amen, Amen, dico vobis, *priusquam Abrahamus existeret, ego sum.*

Jo.17.5. Nunc igitur glorifica me, tu Pater, apud teipsum, eâ Gloriâ *quam habui*, apud te, *priusquam Mundus esset.*

Ephes. 3 9. Quod erat absconditum a seculis in Deo *qui omnia hæc condidit per Jesum Christum.*

Col.1.16 Nam *per eum condita sunt omnia* quæ in Cœlis sunt & quæ in Terrâ, Visibilia & Invisibilia, sive Throni, sive Dominia, sive Imperia, sive Potestates, omnia, inquam, *per eum* & ejus Respectu condita sunt.

Heb. 1. 1. 2. Deus ultimis Diebus hisce loquutus est nobis in Filio, Quem constituit Hæredem omnium; *per quem etiam Mundum condidit.*

Q. *Hæ luculenter demonstrant etiam Mundum per Christum creatum fuisse; sed quænam probant Divinitatem Christi, contra illos qui falso denegant illam?*

Jo. 1.1. R. Eratque *ille Sermo Deus.*

Rom.9.5 Quorum sunt Patres & ex quibus est Christus quod ad Carnem attinet, *qui est supra omnes Deus benedictus*, in seculis, Amen.

Qui

Qui cum eſſet in Formâ Dei non duxit eſſe Rapinam, parem eſſe cum Deo, *Phil.* 2. 6.

Sed ſcimus Filium Dei veniſſe & dediſſe nobis Mentem ut cognoſcamus verum Deum; & ſumus in vero illo, id eſt, in eo Filio Jeſu Chriſto: hic eſt *verus ille Deus* & Vita Æterna. 1 *Jo.* 5. 20.

Q. *Qualia ſunt ſplendida illa Nomina quæ Scripturæ attribuunt Jeſu Chriſto Æterno Dei Filio?*

R. Cujus Nomen vocat Jehova, *Admirabilem, Conſiliarium, Deum fortem robuſtiſſimum, Patrem Æternitatis, Principem pacis.* *Iſa.* 9. 6.

Qui eſt *Imago Dei inviſibilis*, & *Primogenitus omnis* Rei conditæ. *Col.* 1. 15.

Qui cum ſit *Effulgentia Gloriæ* & Character * Perſonæ illius. *Heb.* 1. 3.

Et amictus erat Veſte tinctâ Sanguine, & vocatur que Nomen ejus *Sermo ille Dei.* *Apoc.* 19 13.

Q. *Quid aiunt Scripturæ de Nativitate Chriſti?*

R. Jeſu vero Chriſti Nativitas ita fuit. Cum enim Mater ejus *Maria* Deſponſata eſſet *Joſepho*, priuſquam ipſi conveniſſent, comperta eſt *prægnans eſſe à Spiritu ſancto.* *Mat.* 1. 18. *Chriſti Nativitas*

* Græce χαρακτὴρ τ ὑποςάσεως αὐτῦ, Character ſubſtantiæ ejus.

Tunc

Tunc dixit ei Angelus, nè time, *Maria*: es enim in Gratiâ apud Deum: Et eccè concipies in Utero, & paries Filium & vocabis Nomen ejus *Jesum*: Hic erit Magnus, & *Filius altissimi* vocabitur, dabitque ei Dominus Deus Sedem *Davidis* Patris sui, Regnabitque in Domo *Jacob* in Æternum, & Regni ejus non erit Finis. Dixit autem *Maria* ad Angelum, quomodo erit istud, quandoquidem Virum non
Luc. 1. 30. 31. 32. 33. 34. 35. novi? Et respondens Angelus dixit ei *Spiritus sanctus superveniet* in te, & *Virtus Altissimi inumbrabit te*; propterea id etiam quod nascetur ex te Sanctum, Vocabitur Filius Dei.

Q. *Num Jesus Christus, qui natus est ex Mariâ Virgine, & Josephi filius existimatus, verè & realiter erat Homo?*

Heb. 2. 4. R. Quoniam igitur Pueri participes sunt Carnis & Sanguinis, *Ipse quoque consimiliter factus est Particips eorundem*, ut per Mortem aboleret eum, penes quem est Mortis Robur, nempe Diabolum.

Heb. 2. 16. 17. Non enim utique Angelos assumpsit *sed Semen Abrahami assumpsit*; Unde debuit per *omnia Fratribus similis fieri*, ut Misericors esset & Fidelis Pontifex.

Rom. 5. 15. Nam si illius unius offensâ multi Mortui sunt, multo magis Gratia Dei & Donatio per Gratiam, quæ est *unius illius Hominis Jesu Christi* in multos exundavit

Nunc

Nunc autem *Christus* suscitatus est ex Mortuis; & primitiæ eorum qui obdormièrunt factus est; Quia enim per Hominem Mors, *per Hominem* quoque Resurrectio Mortuorum. 1 Cor. 15 20. 21.

Q. *Quomodo exprimit Scriptura Conjunctionem & Unitatem Æterni Filii, in & cum Homine Jesu Christo?*

Et *Sermo ille factus est Caro & commoratus est inter nos* (& spectavimus Gloriam ejus, Gloriam, inquam, ut unigeniti egressi a Patre) plenus Gratiæ ac Veritatis. Jo. 1. 14.

Nam is quem misit Deus, Verba Dei loquitur, *non enim huic admetitur* Deus Spiritum. Jo. 3. 34.

Ut Jesum illum a Nazarethà *unxerit Deus spiritu Sancto* & Potentià, qui obambulavit, Beneficiis afficiens & sanans omnes sub Diaboli Potestatem redactos, *quoniam Deus erat cum eo.* Acts 10. 38.

Quoniam libuit Patri *ut omnis plenitudo in eo habitaret*, In quo sunt *omnes thesauri Sapientiæ ac Notitiæ absconditi.* Nam in eo habitat *omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* Col. 1. 19 Col. 2. 3 Col. 2. 9

Q. *Quo fine manifestatus est Christus Mundo?*

R. Nam quæ Legis erat Impotentia, quum Viribus esset destituta in Carne: Deus

Deus ſuo ipſius Filio miſſo in Formâ Con-
ſimili Carni peccato obnoxiæ, idque p
Rom. 8. 3. *peccato condemnavit Peccatum in Carne.*

Ad hoc *manifeſtus factus eſt* Filius Dei
1 Jo. 3. 5 8. *ut diſſolvat Opera Diaboli.* Et ſcitis illum
manifeſtatum eſſe ut Peccata noſtra tolleret.

Q. *Num Jeſus Chriſtus realiter cru ixus erat & deinde ſuſcitatus?*

R. Tradidi enim vobis imprimis quod
1 Cor. 15 3, 4. & accepi, *Chriſtum* videlicet *mortuum eſſe*
pro Peccatis noſtris, ſecundum Scrip-
turas. Et Sepultum fuiſſe, & *ſuſcitatum*
tertio Die, ſecundum Scripturas.

Q. *Quam Cauſam aſcribunt Scriptu a*
Mortis & Paſſionis Chriſti?

Rom. 3. 25. *R.* Quem præſtituit Deus *ut eſſet Pla-*
camentum per Fidem in Sanguine ipſius
ad Demonſtrationem Juſtitiæ ſuæ, prop-
ter Diſſimulationem Peccatorum quæ an
teceſſerunt, Deo ita tolerante.

Eph. 5. 2. Et ambulate in Charitate ſicut & Chri-
ſtus dilexit nos, & tradidit ſemet-ipſum
pro nobis *Oblationem & Victimam Deo*, in
Odorem bonæ Fragrantiæ.

Itaque vos cum eſſetis quondam aba-
enati, & Hoſtes, mente Operibus mal
Col 1. 21. 22. intentâ, *nunc ſanè reconciliavit, In Corpo-*
re illo Carnis ſuæ per Mortem; ut ſiſtat vo
ſanctos, & inculpatos, & irreprehenſ
in Conſpectu ſuo.

Neq

Nequ: per Sanguinem Hircorum & Vitulorum, ſed per proprium Sanguinem ingreſſus eſt ſemel in Sacrarium *Æternam Redemptionem nactus.* Quantò magis Sanguis Chriſti, qui per Spiritum Æternum ſeipſum obtulit inculpatum Deo, *mundabit Conſcientiam veſtram* à mortuis operibus ad colendum Deum vivum? *Heb* 9. 12. 14.

Nam & Chriſtus ſemel *pro Peccatis paſſus fuit,* Juſtus pro Injuſtis; *ut nos ad Deum adduceret,* Morte quidem affectus Carne, vivificatus autem Spiritu. 1 *Pet.* 3 18.

Per hoc novimus Charitatem Dei, quod *ille Animam ſuam pro nobis depoſuit.* 1 *Jo.* 3. 16.

Itaque ob id novi Pacti Mediator eſt, *ut Morte ad Redemptionem earum Tranſgreſſionum* intercedente quæ fuerant ſub priore Pacto, qui vocati erant promiſſam æternam Hæreditatem acciperent. *Heb* 9. 15.

Q. *Eſtne Chriſtus igitur Mediator?*

R. Unus enim eſt Deus, unus etiam *Mediator Dei & Hominum, Homo Chriſtus Jeſus*; Qui ſeſe dedit Redemptionis Pretium pro * quibuſvis, Chriſtus inquam, Teſtimonium illud præſtitutis ſuis Temporibus deſtinatum. 1 *Tim.* 2 5. 6.

Q. *Nonne Chriſtus fuit Mediator antequam patefactus & manifeſtatus eſt in Carne?*

* Græce, ὑπὲρ πάντων, pro omnibus.

Apoc. 5. 12. & 13 8.

R. Agnus *Ille mactatus* eſt jam inde a *jacto Mundi fundamento.*

Q. *Num oportet igitur credere quod Sancti olim participati ſunt Chriſti tanquam tunc præſentis & nutrientis eos?*

1 cor. 10. 1, 2. 3, 4

R. Nolim autem vos ignorare, Fratres, Patres noſtros omnes ſub illâ Nube fuiſſe, & omnes per Mare tranſiviſſe; Et omnes in Moſen baptizatos eſſe Nube & Mari; Et omnes *eandem Eſcam ſpiritualem ediſſe*; Et omnes eundem *Potum ſpiritualem bibiſſe*; bibebant enim ex Sequente ſpirituali Petrâ; *Petra vero illa erat Chriſtus.*

Q. *Sed quum iſtæ Scripturæ ante citatæ pleræque declarant Paſſionem Mortemque Chriſti deſtinatam fuiſſe ad deſtruendum, removendum & remittendum Peccatum: An ita demum deſtruxit dum in hoc Mundo verſatus eſt, ut nihil nunc illi agere in nobis relictum ſit, aut nobis agendum, per Vires ab illo Communicatas?*

1 Pet. 2 21.

R. Nam ad hoc etiam vocati eſtis, *quoniam & Chriſtus paſſus eſt pro vobis, relinquens vobis Exemplar, ut ſubſequeremini Veſtigia ipſius.*

Col. 1. 24.

Nunc gaudeo de iis quæ patior pro vobis, & *reliquias Afflictionum Chriſti viciſſim expleo in Carne meâ, pro Corpore ipſius, quod eſt Eccleſia.*

Quolibet

Quolibet Tempore *Mortificationem Domini Jesu in Corpore circumferentes*, ut etiam *Vita illa Jesu in Corpore nostro manifesta fiat*: Semper enim nos qui vivimus Morti tradimur propter *Jesum*, ut *etiam Vita Jesu manifesta fiat in Carne nostrâ mortali.* 2 Cor. 4. 10. 11.

Si unus pro omnibus mortuus fuit, nempè omnes istos Mortuos fuisse, & illum pro omnibus Mortuum esse, ut qui vivunt, *posthàc non sibi vivant*, sed ei, qui pro ipsis Mortuus est & suscitatus est. 2 Cor. 5. 15.

Ut cognoscam eum & *Vim Resurrectionis ejus*; & *Communionem perpessionum ejus*, dum *conformis fio Morti ejus.* Philip. 3 10.

CAP. IV.

Cap. 4.

De novo Partu, internâ Christi Manifestatione, & Unitate Sanctorum cum illo.

Qu. NUM *Christus promisit redire ad Discipulos?*

R. Non relinquam vos *Orbos*; *redeo ad vos.* Jo. 14. 18.

Q. *Num hæc illis Discipulis peculiaris Promissio fuit; an commune Sanctorum Privilegium?*

Isch. 57. 19. R. Nam sic ait Sublimis & Elatus, cujus Nomen est Inhabitans Æternitatem, & Sanctus, qui in sublimi & sancto Habito, etiam *cum eo qui attritus est demissusque Spiritu Habito.*

2 Cor. 6. 16. Nam *vos Templum estis Dei viventis*, sicut dixit Deus, *habitabo* in iis & *inambulabo.*

Apoc. 3. 20. Ecce sto ad Ostium, & pulso; si quis audierit Vocem meam & aperuerit Ostium, *ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum.*

Q. *Num* Paulus *Apostolus alicubi loquitur de Revelatione Filii Dei in se.*

Gal 1. 15, 16. R. Quando vero libuit Deo *revelare Filium suum in me*, ut Evangelizarem illum inter Gentes.

Q. *Num est igitur necessarium Christum intùs sentire?*

2 Cor. 13. 5. R. Vos ipsos tentate an sitis in Fide, vos ipsos explorate, annon cognoscitis vosmetipsos, videlicet, *Jesum Christum in vobis esse?* nisi Rejectanei estis.

Q. *Num Apostolo hic internus Christi partus vitus est magnoperè Sanctis exoptandus?*

Filioli

R. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Gal. 4. 19.

Q. *Quid ait idem Apostolus de graviore Necessitate internæ hujus Cognitionis Christi, & novæ Creationis supra Externam?*

R. Itaque nos posthac neminem novimus secundum Carnem, quod si etiam *novimus Christum secundum Carnem*, nunc tamen *non amplius novimus*: Si quis igitur est in Christo, *nova Res condita est*, vetera præterierunt: Ecce nova facta sunt omnia. 2 Cor. 5. 16. 17.

Vos autem non ita didicistis Christum: Si modo de eo audivistis, & per eum edocti estis, sicut est Veritas in Jesu, Deponere quod ad pristinam Conversationem attinet, *veterem illum Hominem*, qui de Seductricibus Cupiditatibus sese corrumpit; Renovari vero Spiritu Mentis vestræ, *Et induere novum illum Hominem*, qui secundum Deum conditus est ad Justitiam & Sanctimoniam veram. Eph. 4. 20. 21. 22. 23. 24.

Q. *Estne hic Christus internus, Mysterium Dei, & Spes Gloriæ quam prædicabat Apostolus?*

R. Quibus voluit Deus notum facere, quæ sunt illæ Divitiæ Glorioſi hujus Mysterii * inter Gentes, qui *est Christus in-*

* Græce ἐν τοῖς ἔθνεσιν, in Gentibus: et ἐν ὑμῖν, in vobis.

Col. 1. 27. 28. ter vos Spes illa Gloriæ; *Quem nos annunciamus.*

Q. *Num Apostolus alibi urget novum hunc Partum?*

R. *Induimini Domino Jesu Christo*, & Carnis Curam ne habete ad Explendas Rom. 13 14. Cupiditates.

Q. *An aliquos allquitur, qui, jam vetere Homine depositio, novo induti fuerunt?*

R. Nam quicunque in Christum baptizati fuistis, *Christo fuistis induti.* Quum Gal. 3. 27 *exuti fitis illo vetere Homine*, cum factis ipsius; Et *induti sitis novo illo*, qui renovatur in Agnitionem congruentem Imagini Col. 3 9. 10. ejus, qui ipsum condidit.

Q. *Quid ait ipse Christus de Necessitate hujus Partûs?*

R. Respondit Jesus & dixit ei, Amen, amen, dico tibi, nisi *quis genitus sit iterum,* Jo. 3. 3. *non potest videre Regnum Dei.*

Q. *Ex quo Semine fit hic Partus?*

R. *Regeniti non ex Semine corruptibili* 1 Pet. 1. *sed incorruptibili, id est*, per Sermonem 23. Dei vivi & manentis in Æternum.

Q. *Quid testatur* Paulus *de seipso quoad novam hanc Vitam?*

R. Unà cum Christo crucifixus sum vivo autem non amplius ego; sed vivit Gal. 2. 20. *in me Christus.*

Qualis

Q. *Qualis est Prælicatio Crucis Christi?*

R. Nam Sermo ille de Cruce, iis quidem qui pereunt, *Stultitia* est: Iis autem qui ſervantur, id eſt, nobis, *Potentia Dei eſt.* 1 Cor. 1. 18.

Q. *Qualis fuit hujus Crucis in Apoſtolo effectus? & quantum præpoſuit novam Creaturam omnibus externis & viſibilibus Ordinationibus; necnon Obſervationibus?*

R. A me abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem *Mundus mihi crucifixus eſt*, & ego Mundo. Nam in Jeſu Chriſto neque Circumciſio quicquam valet, neque Præputium; ſed nova Creatura. Gal. 6. 14. 15.

Q. *Quid ait Chriſtus de Unitate Sanctorum cum illo?*

R. In illo Die vos cognoſcetis me eſſe in Patre meo, & *vos in me, & me in vobis. Manete in me, & ego in vobis manebo*; ſicut Palmes non poteſt ferre Fructum a ſemetipſo, id eſt, niſi manſerit in Vite, ita nec vos niſi in me manſeritis; Ego ſum Vitis, vos Palmites, *is qui manet in me, & in quo ego maneo*, hic fert multum Fructum; nam ſeorſim a me nihil poteſtis façere. Jo. 14. 20. Jo. 15. 4. 5.

Non tantum autem pro iſtis rogo, ſed & pro iis, qui per Sermonem eorum credituri

dituri ſunt in me; *Ut omnes unum ſint*, ſicut, tu Pater, in me, & ego in te; *ut & ipſi in nobis unum ſint*; ut credat Mundus me à te miſſum eſſe; Et ego Gloriam, quam dediſti *mihi, dedi eis*; ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus; *Ego in eis, & tu in me*, ut ſint conſummati in unum, & ut cognoſcat Mundus quod tu me Miſeris, & eos diligas, prout me dilexiſti.

Jo. 17. 20. 21. 22. 23.

Q. *Quid huic appoſitum ait Apoſtolus* Paulus?

R. Nam & qui ſanctificat, & qui ſanctificantur, *ex uno ſunt omnes*, quam ob Cauſam non erubeſcit eos vocare Fratres

Heb. 2. 11.

Q. *Quid* Petrus?

R. Ex eo quod maxima illa nobis ac pretioſa Promiſſa donavit, ut per hæc *efficeremini Divinæ Conſortes Naturæ*, elapſi ex Corruptione quæ eſt in Mundo per Cupiditatem.

2 Pet. 1. 4.

CAP V.

De Luce quâ Jesus Christus omnem Hominem illuminavit: De Universalitate & Sufficientiâ Dei Gratiæ illinc universo Orbi manifestatæ.

Qu. IN *quo consistit Amor Dei erga Lapsum & Perditum Hominem?*

R. Ita enim Deus dilexit Mundum, ut *Filium suum illum Unigenitum dederit*, ut, quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat Vitam Æternam. Per hoc manifesta facta est Charitas Dei in nos, *quoniam Filium illum suum Unigenitum misit Deus in Mundum*, ut vivamus per eum. *Jo.3.16.* 1 *Jo.* 4. 9.

Q. *Quid hic intelligit per* Mundum? *singulos omnes, aut solum aliquos paucos?*

R. Sed Jesum illum cernimus Gloriâ & Honore Coronatum, qui paulisper fuit inferior Angelis factus, propter Mortis Perpessionem; ut Beneficio Dei *pro omnibus Mortem gustaret.* *Heb.2.9.*

Si quis peccârit, Advocatum apud Patrem habemus, *Jesum Christum justum;*

1 Jo. 2. 1. 2. Et ipſe eſt Propitiatio pro Peccatis noſtris; nec pro noſtris ſolùm, *ſed etiam pro totius Mundi Peccatis.*

Q. *Apparet* Johannem *Apoſtolum ibi ſatis luculenter* totum Mundum *nominare, ubi non ſolùm Sancti ſed omnes alii includuntur; præſertim cum hoc Loco contradiſtinguit ſemetipſum & Sanctos, quibus tunc ſcribebat, à Mundo: Quid alibi ſcribit* Paulus *hac de Re.*

1 Tim. 2 1. 3. 4. 6. *R.* Adhortor igitur ante omnia, ut fiant Deprecationes, Preces, Interpellationes & Gratiarum actiones pro omnibus Hominibus, nam hoc bonum eſt *et* acceptum in Conſpectu Servatoris noſtri Dei, Qui * *quoſvis Homines vult ſervari, & ad Agnitionem Veritatis venire*: Qui ſeſe ipſe *dedit Redemptionis Pretium pro quibuſvis.*

Q. *Quid* Petrus *Apoſtolus?*

2 Pet. 3 9. *R.* Non tardat Dominus Promiſſionem (ut nonnulli Tarditatem hanc eſſe ducunt) ſed patiente eſt Animo erga nos, *nolens ullos perire*; ſed omnes ad Reſipiſcentiam tendere.

Q. *Num alia ulla Scripturæ Teſtimonia hoc probant?*

R. Dic eis, nè vivam ego, dictum Domini Jehovæ, ſi *delector Morte improbi*, ſed

* Græce πάντας, omnes: Et ὑπὲρ πάντων, pro omnibus

delector

delector *cum revertitur* improbus à Viâ suâ, ut vivat. *Iechez.* 33. 11.

Cantent Gratiosum & Misericordem Jehovam esse, longanimem & magnum Benignitate, *bonum Jehovam esse omnibus*, & Misericordiam ejus in omnibus Operibus ejus. *Psal.* 145 8. 9.

Q. *Cùm illis Scripturarum Testimoniis appareat, Amorem Dei omnibus extendi, ita ut omnes vel potuerint, vel possint salvari per Christum: Quid de illis existimandum est, qui affirmant, quod Deus majori Hominum Parti nullum unquam Amoris aut Salutis Animum habuisset; & quod Adventus & Mors Christi nunquam ad illorum Justificationem proposita sit: Imo è contrà necessario decreto ad efficiendam & Augendam Condemnationem destinata, à quibus scilicèt Deus non solùm omnia Salutis media abstraxit; sed etiam ante jacta Orbis Fundamenta, etiam ab omni Æternitate, destinavit eos in illis Peccatis labi & versari, quorum Causâ nunc condemnantur?*

R. Non enim misit Deus Filium suum in Mundum *ut damnet Mundum, sed ut servetur Mundus* per eum. *Jo.* 3. 17.

Ego Lux veni in Mundum, ut quisquis credit in me, *in Tenebris non maneat*; si quis autem audierit Verba mea & non crediderit...

Jo. 12. 46. 47. crediderit, *ego non damno ipſum*, non enim veni *ut damnem Mundum*, ſed ut ſervem Mundum.

Q. *Ex quâ igitur Scripturâ Homines illi Opinionem Veritati ita Contrariam extorquent?*

R. Nondum enim natis Pueris, cum nihil feciſſent boni vel mali, ut Præſtitutum Dei, quod eſt ſecundum illius Electionem, id eſt, non ex Operibus ſed ex Vocante, firmum maneret; Dictum eſt ei, Major ſerviet Minori, Sicut ſcriptum eſt, *Jacobum* dilexi, *Eſavum* autem Odio habui. Rom. 9. 11, 12. 13.

Q. *Hæc Scriptura ait ſolummodo ante natos Pueros*, Majorem Minori ſerviturum; *Cætera illa Verba, videlicet* Jacobum dilexi, Eſavum odi, *citantur ex* Malaaci *Prophetiâ, a quo ſcripta ſunt ferme mille Annis poſt utrumque mortuum: Nonne Scriptura attribuit aliam Cauſam Odii divini contra* Eſavum, *quam ſimplex ejus Decretum? Quid ait idem Apoſtolus alibi?*

R. Ne quis ſit *Scortator aut Prophanus*, velut Eſau, qui *unico edulio vendidit ſuum Jus* Primogeniti: Scitis enim eum etiam *poſteà*, quum vellet hæreditario Jure Benedictionem aſſequi, reprobatum fuiſſe. Heb. 12. 16. 17.

Sed

Q. *Sed quoniam hi affirmant ob* Adami *Peccatum complures etiam Infantes damnari, nonnè Scriptura declarat Mortem* Christi *non minùs universalem & efficacem fuisse ad Salutem, quam* Adami *Peccatum ad Perditionem?*

R. Nempe igitur sicut per unam Offensam reatus venit in omnes Homines ad Condemnationem, ita per unam Justificationem, Beneficium redundavit in omnes Homines ad Justificationem Vitæ. *Rom. 5. 18.*

Q. *Hoc satis probat Christi Mortem reparare Damnum* Adami *Peccato Hominibus illatum, quæ est igitur Causa Condemnationis?*

R. Qui credit in eum non condemnatur; qui vero non credit jam condemnatus est; *quia non credidit in Nomen unigeniti Filii Dei.* Et cum omni Seductione Injustitiæ in iis qui pereunt; propterea quod Amorem Veritatis *non recepêrunt* ut Salvi fierent: Ideo *igitur* mittet eis Deus Efficaciam Erroris ut credant Mendacio; ut damnentur omnes, qui non crediderint Veritati, sed acquieverint in Injustitiâ. *Jo. 3. 18.* *2 Thess. 2. 10. 11. 12.*

Q. *Cum ita sit secundum Scripturæ Testimonium, quod Deus omnes Homines amare, iisque Misericordiam facere instituerit, in Adventu Filii sui Jesu Christi, Num Evangelium, seu Declaratio hujus Salutis omnibus.*

bus affertur, quâ capaces fiunt Gratiam recipere; eâque converti.

R. Siquidem permanetis in Fide fundati & ſtabiles, nec dimovemini à Spe
Col. 1. 23 Evangelii quod audiſtis, Evangelii, inquam, *prædicati omni Creaturæ* quæ ſub Cœlo eſt.

Q. *Quid eſt Evangelium?*

R. Non enim me pudet Evangelii
Rom. 1. 16. Chriſti; Potentia ſiquidem eſt Dei ad Salutem *cuivis credenti.*

Q. *An opertum eſt Evangelium?*

R. Quod ſi opertum eſt Evangelium noſtrum, iis qui pereunt opertum eſt; In quibus Deus hujus Seculi excœcavit
2 *Cor.* 4 3. 4. Mentes, nempe in Infidelibus, nè irradiet eos Illuſtratio Evangelii Gloriæ Chriſti, qui eſt Imago Dei.

Q. *Num hæc Lux igitur illuminavit Mundum, an non ideo condemnantur Homines, quod eam non amant, non quod iis operta ſit?*

R. Hæc eſt autem *Condemnatio, quod Lux venit in Mundum*; ſed dilexèrunt Ho-
Jo. 3. 19. mines potius Tenebras quam Lucem.

Q. *Quare non dilexêrunt?*

Jo. 3. 19. *R.* Quia ſunt eorum mala Opera.

An

Q. *An unuſquiſque illuminatus eſt hac Luce?*

R. Non erat ille Lux illa; ſed miſſus fuit ut teſtaretur de illâ Luce; Hic erat Lux illa vera, quæ *illuminat omnem Hominem venientem in Mundum.* Jo. 1. 8. 9.

Q. *Num hæc Lux omnia manifeſtat?*

R. Sed omnia illa, dum a Luce *arguuntur manifeſta fiunt*; *Lux* enim illud eſt, quod *omnia facit manifeſta.* Eph. 5. 13.

Q. *An mali prædicant Lucem?*

R. Quiſquis enim, quæ mala ſunt agit, odit *Lucem*, nec venit ad Lucem; ne arguantur Opera ipſius. Jo. 3. 20.

Iſti ſunt inter *Rebellantes adverſus Lucem*, non agnoſcunt Vias ejus, nec ſedent in Semitis ejus. Job. 24. 13.

Q. *Num boni amant Lucem & ſequuntur illam?*

R. Qui vero dat Operam Veritati, venit ad *Lucem*, ut manifeſta fiant Opera ipſius, quòd ſecundum Deum facta fuerint. Jo. 3. 21.

Q. *Quod bonum redundat illis, qui amant Lucem & ambulant in illâ?*

R. Quod ſi in Luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in *Luce*, Communionem habemus cum eo mutuam, & Sanguis Jeſu Chriſti, Filii ejus, purificat nos ab omni Peccato. 1 Jo. 1. 7

Num

Q. *Num Christus jubet in Lucem credere?*

R. Dum Lucem habetis *credite in Lucem*, ut Filii Lucis fiatis.

Jo. 12, 36.

Q. *Num Lux hæc permanet cum omni Homine, cunctis Diebus totius Vitæ? An solùm Diebus cujusvis Visitationis?*

R. Dixit igitur iis Jesus, adhuc parvo Tempore Lux vobiscum est; ambulate dum Lucem habetis, ne vos Tenebræ deprehendant.

Jo. 12. 35.

Rursus *quendam præfinit Diem*, hodie, apud *Davidem* dicens, tanto post Tempore (prout dictum est) *hodie* si Vocem ejus audieritis, ne obdurate Corda vestra.

Heb. 4. 7.

Q. *Quomodo probatur, quod sit Dies certus præfinitus, quo Homines noscere possint quæ ad Pacem suam spectant, quæ postea occulta fiant?*

R. Et ut appropinquavit, visâ Urbe, flevit super eâ, Dicens, si vel tu nôsses hoc saltem *tuo Die*, quæ ad Pacem tuam pertinent; sed ea nunc *occulta sunt Oculis tuis.*

Luc. 19. 41. 42.

Q. *Num Scriptura alibi probat Voluntatem Dei congregandi aliquem Populum, qui noluerit, & ideo condemnabatur?*

R. *Jerusalem, Jerusalem*, Trucidatrix Prophetarum, et Lapidatrix eorum qui

ad

ad te missi sunt; *quoties volui congregare Liberos tuos*, quemadmodum Gallina congregat Pullos suos sub Alas; & noluistis. Mat. 23. 37. Luc. 13. 34.

Tunc loquendi Libertate usi *Paulus* & *Barnabas* dixerunt, Vobis necesse fuit primùm exponi Sermonem Dei; postquam autem illum repellitis, & Indignos vos ipsos decernitis Æternâ Vitâ, ecce convertimus nos ad Gentes. Act. 13. 46.

Quandoquidem *invito & renuitis*, extendo Manum meam & nemo advertit; Sed abstrahitis vos ab omni Consilio meo, & Correctioni meæ non acquiescitis; Ego quoque *in Calamitate vestrâ ridebo*; subsannabo cum advenerit id quod expavescitis. Prov. 1. 24. 25. 26

Quo autem Tempore loquar de Gente aut Regno, me ædificaturum & plantaturum esse; Si fecerit *quod malum videtur in oculis meis*, non auscultando Voci meæ; vicissim pœnitebit me illius boni, quod dixero me benefacturum ei. Jer. 18. 9. 10.

Q. *Num igitur Spiritus Dei disceptat ad quando & postea desistit?*

R. Quapropter dixit *Jehova*, *non disceptabit Spiritus meus* pro Hominibus istis *in Seculum*. Gen. 6. 3.

Q. *An possint igitur ei obniti?*

R. Duri cervice & incircumcisi Corde & auribus, vos semper Spiritui illi sancto *obnitimini*

Act. 7. 51 *obnitimini*; quales fuerunt Patres vestri, tales & vos estis.

Q. *Num Deus manifestum fecit Hominibus quod de eo cognosci potest?*

Rom. 1. 19. R. Quoniam id quod *de Deo cognosci potest, manifestum* est in ipsis; Deus enim iis manifestum fecit.

Q. *Num igitur hæc Lux, seu Semen, seminatur etiam in Cordibus malorum?*

Mat. 13. 3. 4. 5. 7. R. Et loquutus est multa iis per Parabolas, dicens, ecce quidam Sator exiit ad serendum; Et quum is seminaret, alia quidem cecidèrunt secundum Viam, &c. Alia verò cecidèrunt in Petrosa, &c. Alia verò cecidèruut in Spinas.

Q. *Num Locis illis, in quibus Semen dicitur cecidisse, Hominum Corda intelligenda sunt?*

Mat. 13. 18. 19. R. Vos igitur audite Parabolam ejus qui seminat; Quoties quispiam audit Sermonem de Regno illo, & non attendit, venit ille Malus & rapit quod *satum est in Corde ipsius*; is est qui *secundum Viam Semen excepit*, &c.

Q. *Num Semen hoc parvum est in primâ Manifestatione?*

R. Simile est Regnum Cœlorum Grano Sinapis, quod acceptum quispiam sevit in Agro

Agro suo; quod minimum quidem est omnium Seminum, &c. Mat. 13. 31. 32.

Q. *Quando quidem plerique hoc non intelligunt sub Appellatione & Nomine* Lucis *aut* Seminis (*hæc namque aliena est à Vulgari dialecto*) *licet ipsum Scripturarum Idioma: Num Manifestatio Spiritûs unicuique datur ad Utilitatem?*

R. Unicuique vero datur * *Manifestatio* Spiritûs ad Utilitatem. 1 Cor. 12. 7.

Q. *Si sit ad Utilitatem, oportet esse salutiferam, nam si non esset utilis, imo sufficiens, quomodo prodesset? Sed quoniam sunt, qui distinguunt Gratiam in Communem & Salutiferam; num omnibus Hominibus Gratia Salutifera illuxit?*

R. Illuxit Gratia illa *Salutifera* || *quibusvis* Hominibus. Tit. 2. 11

Q. *Quid nos ista Gratia erudit?*

R. Erudiens nos, ut abnegatâ Impietate & mundanis Cupiditatibus, *temperanter* & *justè* & *piè* vivamus in præsenti Seculo. Tit. 2. 12

Q. *Quod & Justitiam & Pietatem docet procul dubio sufficiens est; Illinc enim concluditur totum Hominis Officium: Quid ait Apostolus de hoc Instructore?*

Et

* *Beza* ponit Declaratio, sed multo rectius est Manifestatio, Græce φανέρωσις, secundum Vet. Interp.

|| Græce πᾶσιν, omnibus.

Act. 20. 32. R. Et nunc quoque, Fratres, commendo vos Deo & *Sermoni Gratiæ ipsius.*

Q. *Quid est Sermo Dei?*

R. Vivus enim est Sermo Dei, & *Efficax & Penetrantior quovis* Gladio anciptiti: *Et pertingit* usque ad Divisionem Animæ simul ac Spiritûs, compagumque & Medullarum: *Et dijudicat Cogitationes & conceptus Cordis,* Nec est ulla Res creata non manifesta in Conspectu ipsius; imo omnia sunt nuda & intimè Patentia Oculis ejus, quocum nobis est Negotium.

Heb. 4. 12. 13.

Q. *Patet Scripturas luculentissimè præclicare & Universalitatem & Sufficientiam hujus Lucis, Seminis, Gratiæ, seu Sermonis, aut Verbi Dei: Anne igitur Verbum hoc propinquum, an longinquum est? Internum an Externum?*

R. Ne dixeris in Corde tuo, quis ascendet in Cœlum? hoc est, Christum ex alto reducere: Aut quis descendet in Abyssum? hoc est, Christum à Mortuis reducere; sed quid dicit? *Prope te Verbum est,* in Ore tuo & in Corde tuo. *Hoc est Verbum illud Fidei, quod prædicamus.*

Rom. 10 & 7. 8.

Q. *Hoc sufficit quoad Sermonem seu Verbum; sed nonne Scriptura etiam declarat Lucem esse internam?*

Quoniam

R. Quoniam Deus, qui dixit, ut è Tenebris Lux ſplendeſceret, is *eſt, qui ſplenduit in Cordibus noſtris:* Ad præbendum Lucem *notitiæ* Gloriæ Dei in Facie Jeſu Chriſti: Habemus autem *Theſaurum hunc* in teſtaceis Vaſculis, ut hæc hujus Potentiæ ſupereminentia ſit Dei & non ex nobis. 2 Cor. 4. 6. 7.

Q. *Sed quoniam etiam nuncupatur Semen Regni, Num Regnum Dei etiam internum eſt?*

R. *Non veniet Regnum Dei, ita ut obſervari poſſit, *ecce enim Regnum Dei intùs habetis.* (vel intra vos eſt) Luc. 17. 20. 21.

CAP. VI. Cap. 6.

De Fide, Juſtificatione & Operibus.

Qu. QUID *eſt Fides?*

R. Eſt autem Fides, illud quo ſubſiſtunt quæ ſperantur, & quæ demonſtrat quæ non cernuntur. Hebr. 11. 1

Q. *Num Fides maximè neceſſaria eſt?*

Atqui

* Græce, Οὐκ ἔρχεται, non venit.

R. Atqui fieri non poteſt, *ut abſque Fide* quiſquam Deo ſit gratus, nam qui ac-
Heb. 11. 6 cedit ad Deum, hunc credere oportet eſſe Deum, & Præmia largiri iis qui ipſum requirunt.

Q. *An juſtificamur Fide?*

R. Itaque Lex Pædagogus noſter fuit
Gal. 3. 24. in Chriſtum reſpiciens, ut *ex Fide juſtificaremur.*

Q. *Quænam eſt Natura illius Fidei quæ ad Juſtificationem valet?*

R. Nam in Chriſto Jeſu neque Circum-
Gal. 5. 6. ciſio quicquam valet, neque Præputium, *ſed Fides per Charitatem Efficax* (vel operans.)

Q. *Num Operibus etiam Opus eſt ad Juſtificationem?*

R. Vis vero nôſſe, Homo vane, *Fidem* quæ eſt *abſque Operibus Mortuam eſſe? Abrahamus* Pater ille noſter, *nonne ex Ope-*
Jac. 2. 20. 21, 22, 23, 24. *ribus juſtificatus eſt*, cum obtuliſſet *Iſaacum* Filium ſuum ſuper Altare? Vides Fidem adminiſtram fuiſſe Operum ipſius, & *ex Operibus Fidem* ad Finem perductam fuiſſe? Itaque impleta eſt Scriptura quæ dicit, Credidit autem *Abrahamus* Deo, & *imputatum eſt ei ad Juſtitiam*, & Amicus Dei vocatus eſt: Videtis igitur *ex Operibus juſtificari Hominem*, et non ex *Fide tantùm.*

Cum

Q. *Cum igitur utrumque junctim Justificatio desiderat: qualia sunt illa Opera quæ* Paulus *Apostolus tantopere excludit?*

R. Propterea *ex Operibus legis* nulla Caro justificabitur in Conspectu ejus. *Rom.* 3. 20.

Q. *An ideo non justificamur Operibus legis, ne detur gloriandi Locus, sed ut sola Dei gratia exaltetur?*

R. Gratiâ enim *estis servati* per Fidem, (& hoc non est ex vobis: Sed Dei Donum est) Non ex Operibus, ut ne quis glorietur: Nam ipsius sumus Opus, conditi in Christo Jesu ad Opera bona. *Eph.* 2. 8. 9. 10.

Q. *Num etiam Opera Dei gratiâ perpetrata exclusa sunt? An nunquam dicimur iis justificari?*

R. Non ex Operibus justis quæ fecerimus nos, sed ex suâ Misericordiâ servavit nos, *per Lavacrum Regenerationis, & Renovationis Spiritûs sancti*; Quem effudit super nos copiosè, per Jesum Christum Servatorem nostrum: Ut justificati illius Gratia, Hæredes efficeremur secundum Spem Vitæ Æternæ. *Tit.* 3. 5. 6. 7.

Q. *Observo quod justificari Gratiâ sit justificari seu servari Regeneratione, quod non potest excludere Opera per Gratiam & Spiritum perpetrata; Quid igitur addit Apostolus subsequenti Versu, ad confirmanda bona*

bona Opera, contra illos qui de Lege contendunt?

R. Certus est hic Sermo, & hæc volo te asseverare, ut qui credidèrunt Deo, *curent bene agendo præire*; Hæc illa sunt bona & *Hominibus utilia*: Stultas autem Quæstiones & Genealogias, & Contentiones, & Pugnas legales cohibe; sunt enim inutiles & vanæ.

Tit. 3. 8. 9.

Q. *Num* Paulus *Apostolus qui tantopere adversatur Justificationi ex Operibus legis, alibi loquitur de Justificatione per Spiritum?*

R. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, *sed justificati estis*, in Nomine Domini Jesu, & *per Spiritum Dei nostri.*

1 Cor. 6. 11.

Q. *Sed cum talis sit Legis Impotentia, ut Justificationem non assequatur, Num detur ulla Potentia Evangelica per quam Justitia Legis intùs compleatur?*

R. Nam quæ Legis erat Impotentia, cùm Viribus esset destituta in Carne; Deus suo ipsius Filio misso in Formâ consimili Carni Peccato Obnoxiæ, idque pro Peccato, condemnavit Peccatum in Carne; Ut *Jus illud Legis compleatur* in nobis; qui non secundum Carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.

Rom. 8. 3. 4.

Q. *Cum igitur Potentiam Spiritus suppeditat; nonne ejus Opera Conditiones sunt, per quas Vita sub novo Fœdere proposita est?*

Nam

R. Nam si secundum Carnem vixeritis, futurum est ut moriamini; sed si *Spiritu Actiones Corporis* mortificetis, vivetis. *Rom.* 8. 13.

Q. *Nonne igitur Apostoli frequenter Vitam proponunt conditionaliter, id est, secundum Pœnitentiam & Opera.*

R. Resipiscite igitur & convertite vos ut deleantur Peccata vestra. Quod si Filii, etiam Hæredes, Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: *si modo cum eo patimur*, ut & *cum eo glorificemur*. *Act.* 3. 19. *Rom.* 8. 17.

Certus est hic Sermo, nam si cum eo Mortui sumus, *cum eo etiam vivemus*, si substiterimus, etiam conregnabimus. Si quis igitur *sese ab his expurgârit*, erit *Vas in decus*, sanctificatum, & *accommodatum Usibus Domini*, & ad omne Opus bonum comparatum. 2 *Tim.* 2. 11. 12. 21.

Memor esto itaque unde excideris, & *resipisce* & *priora Opera facito*; sin minùs, veniam adversum te citò, & movebo Candelabrum tuum de Loco suo, *nisi resipueris*. *Apo.* 2. 5.

Q. *Apparet ex iis Testimoniis, quod Apostolus solùm nostram Justitiam (quam alibi Justitiam Legis vocat) excludat, tanquam ad Justificationem invalidam; non ea autem Opera quæ conducente Lege Spiritûs Vitæ agimus; quæ non tam nostra sunt, quam Christi in nobis operantis; Annon ea Opera*

Operum Remuneratio.

remunerantur, quæ quanquam absolutum meritum nullo modo exigant, cum sint Amoris gratuiti Fructus, nonne Deus secundum ea judicat, possime dici quod remunerantur?

R. Nam quum quis erit justus, exercebitque Jus, ac Justitiam; in istis Montibus non comederit, & Oculos suos non sustulerit ad Stercoreos Deos Domûs Israelis; Uxoremque proximi sui non polluerit, & ad Uxorem ex Immunditiâ separatam non appropinquaverit; Neminemque oppresserit, Pignus suum debitori reddiderit, Rapinam non rapuerit, Panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit Veste, In Usuram non dederit, & Fœnus non acceperit, ab Iniquitate retraxerit Manum suam, Jus verum exercuerit inter unum & alterum, In Statutis meis fideliter ambulaverit, Juraque mea observaverit colendo Veritatem, *Justus hic* omninò vivet, *Dictum Domini Jehovæ.* Futurum est ut Filius Hominis veniat cum Gloriâ Patris sui, cum Angelis suis; & tunc *reddet unicuique secundum Facta ipsius*:

Jecken. 18. 5. 6. 7. 8. 9.

Mat. 16. 27.

Qui reddet unicuique *secundum Opera ipsius*; Iis quidem, *qui per Tolerantiam quærunt boni* Operis Gloriam, & Honorem & Incorruptibilitatem, *Vitam Æternam*: Rixosis verò, &c. Gloria verò, & Honor & pax erit cuivis rectè facienti bonum, tum Judæo *imprimis, tum et Græco.*

Rom. 2. 6. 7. 10.

Petrus

Petrus autem ore aperto dixit, verè deprehendo Deum non reſpicere ad Perſonam ; Sed in quavis Gente *acceptum ei eſſe quemvis, qui eum timeat, & Operam det Juſtitiæ.* Act. 10. 34. 35.

Omnes enim nos manifeſtos fieri oportet coram Tribunali Chriſti ; *ut unuſquisque reportet* quæ in Corpore fecerit, congruentèr ad id quod fecerit, ſive bonum ſive malum. Quæ Res indicium eſt juſti Judicii Dei, ut *digni habeamini Regno Dei*, pro quo etiam iſta patimini. 2 Cor. 5. 10. 2 Theſ. 1. 5.

At is qui introſpexerit in erfectam illam Legem Libertatis & permanſerit in eâ, quia non fuerit Auditor oblivioſus *ſed Actor Operis*, is, inquam, * Beatus erit in Opere ſuo. Ne igitur abjicite Liberam illam Profeſſionem veſtram, *quæ magnam habet Præmii Retributionem.* Jac. 1. 25. Heb. 10. 35.

Et ſi Patrem cognominatis eum, qui citra Perſonarum Reſpectum *judicat ex cujuſque Opere*, cum timore verſamini Commorationis veſtræ Tempore. 1 Pet. 1 17.

Et ecce venio citò ; & Merces mea mecum eſt, *ut reddam unicuique prout Opus ipſius erit.* Beati qui præſtant ejus Præcepta : ut ſit iis Jus in Arborem Vitæ, & per Portas ingrediantur in Civitatem. Apoc. 22 12. 14.

* *Beza*, Beatior : ſed Græca Vox μακάριος, Beatus. Poſitivi non Comparativi Gradus eſt.

Q. *Videtur Consilium Dei in mittendo Filium suum Dominum Jesum Christum, non simpliciter fuisse ut servaret Homines per Justitiam imputativam totaliter extraneam, sed etiam per Lavacrum Regenerationis, seu internam Justitiam; Quid de hoc ait Scriptura?*

R. Pariet autem Filium & vocabis Nomen ejus *Jesum: ipse* enim liberabit Populum suum ex Peccatis ipsius. Expectantes beatam illam Spem, & illustrem illum Adventum Gloriæ magni illius Dei, ac Servatoris nostri, nempe *Jesu Christi*, Qui dedit semet ipsum pro nobis, ut *redimeret nos ab omni Iniquitate*, & purificaret sibi ipsi Populum peculiarem, accensum Studio bonorum Operum.

Mat. 1. 21.

Tit. 2. 13. 14.

Cap. 7.

CAP. VII.

De Perfectione, seu perfectâ Libertate a Peccato.

Qu. *Ex his omnibus antè commemoratis Sacrarum Literarum Testimoniis colligo; quod Christus, cum & Remissionem nostrorum Peccatorum acquisiverit, etiam nobis obtinuit Potestatem, quâ in hac Vitâ possimus*

possimus purgari ab Immunditiâ Peccati; an hoc Orbe expectanda est talis Libertas, à Dominatione Peccati?

R. Peccatum enim vobis non dominabitur. *Rom. 6. 14.*

Q. *Unde sit igitur quod Apostolus ita exclamat & queritur dicens,* Quis me eripiet ex isto Corpore Mortis? *An ita loquitur, quasi de Statu semper secum & omnibus sanctis permanente? An solùm ut per quem anteà transiverat? Quid postea subjungit?*

R. Nulla igitur nunc est Condemnatio iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum Carnem ambulant; sed secundum Spiritum; Nam Lex Spiritûs Vitæ, quæ est in Christo Jesu, *liberavit me a Lege Peccati & Mortis.* Quis nos separabit à Charitate Christi? Num Afflictio? Num Angustia? Num Persecutio? Num Fames? Num Nuditas? Num Periculum? Num Gladius? Imo in his omnibus amplius *quam Victores sumus per eum* qui dilexit nos. Nam mihi persuasum est, neque Mortem, neque Vitam, neque Angelos, neque Principatus, neque Potestates, neque Præsentia, neque Futura, Neque Sublimitatem, neque Profunditatem, neque ullam Rem aliam conditam, posse *nos separare à Charitate Dei,* quæ est in Christo Jesu Domino nostro. *Rom. 8. 1. 2. 35 37. 38. 39.*

Q. *Quid illis igitur inquit Apostolus, qui hinc Occasionem nacti, se totâ Vitâ in Peccato permansuros prædicant, salvos autem per Imputativam Christi Justitiam futuros, quia sub Gratiâ se esse judicant?*

Rom. 6. 1. 15. R. Quid igitur dicemus? *Permanebimus in Peccato* ut Gratia auctior fiat? Absit. Quid igitur? *Peccabimus*, quod non sumus sub Lege sed sub Gratiâ? Absit.

Q. *Annon tantum abest quod Apostolus voluerit Statum hunc semper Peccandi, sibi vel omnibus Sanctis permanentem, ut complures* Romanæ, *id Temporis, Ecclesiæ, quibus scribebat, tanquam* Peccato liberatos *alloquitur?*

R. Qui *Mortui sumus Peccato*, quomodo adhuc vivemus in eo? An ignoratis, nos, quotquot baptizati sumus in Christum Jesum, in Mortem ejus esse Baptizatos? Consepulti sumus igitur ei per Baptismum in Mortem; ut sicut suscitatus est Christus ex Mortuis in Gloriam Patris, ita & nos *novâ Vitâ ambulemus*; Nam si cum eo *plantati coaluimus* Assimilatione Mortis ejus, nimirùm etiam Resurrectionis Assimilatione cum eo coalescemus; Illud scientes *veterem illum nostrum Hominem cum eo crucifixum esse*, ut aboleatur Corpus Peccati, ne nos *amplius serviamus Peccato*; Etenim qui mortuus est, liberatus

tus eſt a Peccato. Ita etiam vos colligite, *vos tum mortuos eſſe Peccato*, tum verò vivere Deo, per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum: Neque *ſiſtite Membra veſtra Arma Injuſtitiæ Peccato*, ſed ſiſtite vos Deo, ut ex Mortuis vivos, & Membra veſtra Arma Juſtitiæ Deo: An neſcitis, quod cui ſiſtitis vos Servos ad Obediendum, ejus Servi eſtis, cui auſcultatis, ſive Peccati ad Mortem, ſive Obedientiæ ad Juſtitiam? Gratia autem habetor Deo, quod fuiſtis quidem Servi Peccati, ſed ex Corde auſcultaſtis ei Formæ Doctrinæ in quam eſtis traditi: Et *liberati à Peccato, Servi facti eſtis Juſtitiæ*: Hominum more loquor, propter Infirmitatem Carnis veſtræ, nempe ſicut ſtiriſtis Membra veſtra ſerva impuritati & Iniquitati ad patrandum Iniquitatem, ita nunc ſiſtite Membra veſtra Serva Juſtitiæ ad Sanctimoniam; Quum enim Servi eratis Peccati, Liberi eratis Juſtitiæ; Quem igitur Fructum habebatis tunc, ex iis de quibus nunc erubeſcitis? Nam Finis illorum Mors eſt: Nunc vero *liberati à Peccato*, Servi autem facti Deo, habetis Fructum veſtrum in Sanctimoniam: Finem autem, Vitam Æternam; Nam ſtipendia Peccati, Mors: Donum autem Dei eſt Vita Æterna in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

Rom. 6. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 11. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.

Q. *Hinc patet Deum jubere quod simus Perfecti?*

Mat. 5. 48. R. Estote igitur vos Perfecti, ut Pater vester qui est in Cœlis Perfectus est.

Q. *Num igitur possibile est Præcepta Dei observare?*

Mat. 11. 30. 1 Jo. 5. 3. R. Jugum enim meum *facile est*, & Onus meum *leve* est. Hæc est enim Charitas Dei, ut præcepta ejus observemus, & *Præcepta ejus gravia non sunt.*

Q. *An necessarium est, ad obtinendam Vitam, servare Mandata?*

Si vis autem ad Vitam ingredi, *serva Mandata.* Beati *qui præstant ejus Præcepta*: Ut sit eis Jus in Arborem Vitæ, & per Portas ingrediantur in Civitatem.

Mat. 19. 17. Apoc. 22 14.

Q. *Num per hanc Perfectionem intelligitur quenquam ita Præcepta observâsse, ut nunquam peccaverit?*

1 Jo. 1. 10. R. Si dixerimus nos non peccâsse, Mendacem facimus eum, & Sermo ejus non est in nobis.

Q. *Num intelligendum est, quod ii, qui Perfecti sunt, possint dicere, quod non habeant Peccatum, aut solùm quod quia olim peccaverunt, eo Respectu habent Peccatum, ut ait Apostolus, in Loco ante citato, possintne nihilominùs non solùm ad Remissionem à Condemnatione, sed etiam ad Purificationem ab Immunditiâ Peccati attinere?*

Si

R. Si dixerimus * *nos Peccatum non habere*, nos ipsos fallimus, & Veritas in nobis non est; Si confiteamur Peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis Peccata, & *mundet nos ab omni Iniquitate.* 1 Jo. 1. 8. 9.

Q. *Hæc Scriptura valde manifesta est, cum priore collata; sed cum sint, qui Verba illa detorquent; quid alibi ait idem Apostolus? Num judicabat ullos posse Deum noscere, seu veros esse Christianos, qui Præcepta Dei non observant?*

R. Filioli mei, hæc scribo vobis, ut ne peccetis; quod si quis peccàrit, Advocatum apud Patrem habemus, *Jesum Christum justum*; Et per hoc scimus quod ipsum novimus, *si Præcepta ejus observemus*; Qui dicit, novi eum, & Præcepta ejus non observat, *Mendax est*, & *in eo Veritas* non est: Qui autem observat Sermonem ejus verè in hoc Charitas Dei ad impleta est; per hoc scimus nos in ipso esse: Qui dicit se in eo habitare, *debet, prout ille ambulavit*, ita & *ipse ambulare.* Dilecti, nunc Filii Dei sumus, sed nondum Manifestum factum est quod erimus: scimus autem fo-

* Loquitur enim Apostolus vel de Statu in quo ipse quondam fuerit, vel in Persona eorum qui adhuc nondum mundati erant, sicut *Jac.* Cap. iii. Ver. 9.

re, ut cum ipse factus fuerit manifestus, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: Et qui quis habet hanc Spem in eo sitam, *Castum se conservat, sicut & ille Castus est.* Quisquis dat Operam Peccato, etiam Legem transgreditur; nam Peccatum est Legis Transgressio. Et scitis ipsum patefactum esse ut Peccata nostra tolleret, & Peccatum in eo non esse. *Quisquis in eo manet, non peccat; quisquis peccat non vidit eum, neque novit eum; Qui dat Operam peccato* ex Diabolo est, quoniam a Principio Diabolus peccat. Ad hoc manifestus factus est Filius Dei, ut dissolvat Opera Diaboli: Quisquis natus est ex Deo *Peccato non dat Operam*, quoniam Semen ipsius in eo manet, *nec potest peccare*, eò quòd ex Deo natus est. *Per hoc* manifesti sunt Filii Dei, & Filii Diabolii, quisquis non dat Operam Justitiæ, non est ex Deo, & qui non diligit Fratrem suum.

1 Jo. 2. 1. 3. 4. 5. 6. Ibid. cap. 3. v. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10.

Q. *Ex his omnibus satis luculenter apparet Apostolos longè aliâ Mente fuisse ab iis, qui prædicant per totam Vitam esse Peccandum. Multoque abhorruisse Fraudem eorum, qui se bonos Christianos existimant dum in Peccatis versantur. Quid de istis ait Scriptura?*

R. Non quiſquis dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum, *ſed qui facit quod* vult Pater meus, qui in Cœlo eſt; Quiſquis igitur audit ex me Sermones iſtos, & *eos præſtat*, aſſimilabo eum Viro prudenti, qui ædificavit Domum ſuam ſuper Petram. Si hæc noveritis, Beati eritis ſi ea feceritis. *Mat. 7. 21. 24. Jo. 13. 17.*

Q. *Quid amplius ait Apoſtolus* Paulus *de hujus Rei Neceſſitate?*

R. Circumciſio nihil eſt, & Præputium nihil eſt, *ſed Obſervatio Præceptorum Dei.* *1 Cor. 7. 19.*

Q. *Annon hoc, ſecundum* Pauli *Opinionem, fuit ipſum Chriſti Propoſitum, ut Eccleſia ſua & Liberi fierent Sancti & Inculpati?*

R. Sicut elegit nos in ipſo, ante Jactum Mundi Fundamentum, ut ſimus ſancti & inculpati in *Conſpectu* ejus cum Charitate. Sicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſemet ipſum expoſuit pro eâ, Ut *eam ſanctificaret*, ab eo purificatam lavacro Aquæ per Verbum; Ut ſiſteret eam ſibi glorioſam, *id eſt*, Eccleſiam non habentem *Maculam aut Rugam*, aut quicquam ejuſmodi, ſed ut ſit ſancta & inculpata. *Eph. 1. 4.* *Eph. 5. 25. 26. 27.*

Q. *Nonne ultrà hoc urget* Paulus, *præter ea ante adducta?*

R. Has igitur Promiſſiones quum habeamus, dilecti, purificemus nos ab *omni, Inquinamento*

2 Cor. 7. 1. *Inquinamento Carnis ac Spiritûs*, ad Finem perducentes Sanctimoniam in Timore
2 Cor. 13 11. Dei. De cætero Fratres, gaudete, *perfecti* estote. Quem nos annunciamus, ad-
Coll. 1. 28 monentes * *quosvis*, & *quosvis* erudientes omni Sapientiâ, ut *quosvis sistamus perfec-*
1 Thess. 3. 13. *tos in Christo Jesu*. Ut Corda vestra *inculpata stabiliat in Sanctimoniâ* coram Deo.
Col. 4. 12 Semper Precibus certans pro vobis, ut *stetis perfecti* & completi in omni Voluntate Dei. Ipse autem Deus Pacis *Sanctificet vos totos*, & integer vester Spiritus &
1 Thess. 5. 23. Anima & Corpus *inculpatè* in Adventum Domini nostri Jesu Christi conserventur.

Q. *Nonne hic Ipse Finis est cui Deus Doctores in Ecclesia dederit?*

R. Is igitur dedit, alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores; Ad Compactionem Sanctorum,
Eph. 4. 11. 12. 13. ad Opus Ministerii, ad Ædificationem Corporis Christi; Donec perveniamus nos omnes in Unitatem Fidei & Agnitionis Filii Dei *in Virum Adultum*, ad Mensuram plenæ Staturæ Christi.

Q. *Cùm hoc tantâ Operâ urgeam Sancti; nonne Scriptura (quæ mentiri non potest)*

non

* Beza, Quosvis, Græce, πάντα ἄνθρωπον, omnem Hominem.

nonnullos Sanctos aliquando saltèm Peccato liberatos *declarat, & ideo non semper Peccantes, ut quidam affirmant?*

R. Noah *Vir justus, integer erat* in Ætatibus suis, secundum Deum indesinenter ambulabat *Noah.* Gen. 6. 9. Dicente porrò Jehovà Satanæ, advertistine Animum tuum ad Servum meum *Jobum*, quòd non sit par ei in Terris, *Vir integer ac rectus*, timens Dei & recedens a Malo? Job. 1, 8. Fuit Diebus *Herodis* illius Regis *Judeæ*, Sacerdos quidam Nomine *Zacharias*, ex Classe *Abiæ*, Luc. 1. Uxor vero illius erat ex Filiabus *Aaron*, 5. 6. & Nomen ejus *Elizabetha*, Erant *autem justi ambo* in Conspectu Dei, incedentes in omnibus Mandatis & Constitutionibus Domini *inculpatè*.

Q. *Hoc sufficit, quod ad singulares Personas, Num tale dat Scriptura Testimonium de totis Congregationibus?*

R. Sed Deus, ut qui dives est Misericordiâ, propter multam Charitatem suam, quâ dilexit nos, Etiam nos cum in Offensis Mortui essemus, unà vivificavit cum Christo, cujus Gratiâ estis servati; Unàque suscitavit, unàque *collocavit in Cœlis in Christo Jesu.* Eph. 2. 4. 5. Sed accessistis ad Montem *Sion*, & ad Civitatem Dei vivi, *Hierusalem* Cœlestem, & Myriades Angelorum, Conventum universalem, & Concionem

Heb. 12. 22. 23. Concionem Primogenitorum, qui conscripti sunt in Cœlis, & Judicem universorum Deum, & Spiritus Justorum Consummatorum. Habes tamen aliquot Capita Sardibus, *quæ non inquinârunt Vestimenta sua*, ideoque ambulabunt mecum albati, *digni enim sunt.*

Apoc. 3. 4.

Tum vidi & ecce aderat Agnus stans super Montem *Zion*, & cum eo Centum Quadraginta quatuor Millia, habentia Nomen Patris ejus scriptum in Frontibus suis: Hi sunt qui cum Mulieribus non sunt Inquinati; Virgines enim sunt, hi sequuntur Agnum quocunque ierit, hi empti sunt ex Hominibus, Primitiæ Deo & Agno Sacræ, Et *in quorum Ore non est inventus Dolus*; sunt enim *Inculpati* ante Thronum Dei.

Apoc. 14 1. 4. 5.

Cap. 8.

CAP. VIII.

De Perseverantiâ, & de Lapsu a Gratiâ.

Qu. *AN sufficit fideli, quod semel Gratiam receperit? nunquid amplius requiritur?*

Quapropter

R. Quapropter, Fratres, potiùs ſtudete Vocationem & Electionem veſtram firmam efficere, hæc enim ſi feceritis, *nunquam impingetis.* 2 Pet. 1. 10.

Q. *Num ei qui ſemel veram Gratiam receperat, reſtat adhuc cadendi Suſpicio?*

R. Sed contundo Corpus meum & in ſervitutem redigo; nè quo modo, quum aliis prædicârim, *ipſe rejectaneus fiam.* 1 Cor. 9. 27.

Q. *Hoc magnopere eorum Doctrinæ contradicit, qui aiunt* Semel in Chriſto & ſemper in Chriſto; *Num hoc Apoſtolus ſolùm loquitur ex humili ſuimet ipſius Opinione? An idem de aliis etiam exiſtimat?*

R. Videte, Fratres, nè quandò ſit in ullo veſtrûm Cor malum *incredulum deſciſcendo a Deo vivo*; Sed exhortamini alii alios quotidie, quoad appellatur Dies hodiernus, ne quis ex vobis *induretur* Seductione Peccati. Studeamus igitur ingredi in illam Requiem, *ne quis in idem incidat* Contumaciæ Exemplum. Nam fieri non poteſt, ut qui ſemel fuerint illuminati, guſtaverintque Donum illud Cœleſte; & Participes facti fuerint Spiritûs ſancti, Guſtaverintque bonum Dei Verbum, ac Virtutes futuri Seculi, *Si prolabantur*, denuò renoventur ad Reſipiſcentiam Heb. 3. 12. 13. Heb. 4. 11.

Heb. 6. centiam, ut qui rursùm Crucifigant sibi
4. 5. 6. Filium Dei, & Ignominiæ exponant.

Q. *Num hoc tantum suppositivè loquitur, an affirmat, ut quod sit non solum possibile, sed certum?*

R. Nam erit Tempus quum sanam *Do-*
2 Tim. *ctrinam non sufferent*; sed Auribus pruri-
4. 3. 4. entes, ipsi sibi secundum suas illas pecu-
liares Cupiditates coacervabunt Doctores,
Et à Veritate quidem Aures avertent, ad
Fabulas verò divertent.

Q. *Num Apostolus existimat Necessarium monere etiam dilectum Filium suum* Timotheum, *ut tali Periculo caveret?*

R. Hoc Mandatum commendo tibi, Fi-
li *Timothee*, nempè ut, secundum Prægres-
1 Tim. 1 sas de te Prophetias, milites per eas bo-
18. 19. nam illam Militiam: Retinens Fidem &
bonam Conscientiam: quà expulsâ, non-
nulli Naufragium Fidei fecerunt. Siqui-
1 Tim. 6 dem Radix omnium Malorum est Amor
10. Pecuniæ; quam quidam dum appetunt
aberrârunt à Fide, & seipsos undiquaque
transfixerunt Doloribus multis.—Hyme-
næus & Philetus, Qui circa Veritatem a-
berrârunt a Scopo, dicentes Resurrecti-
2 Tim. 2 onem jam esse factam, & *subvertunt quo-*
17. 18. *rundam Fidem.*

Q. *Num Apostolus alibi hujus Rei Suspicionem exprimit, ut quod alicui Populo*

accidere

accidere poterit, qui veram Fidem receperunt?

R. Per *Incredulitatem defracti sunt*, tu vero per Fidem stas, ne effertor Animo, *sed metue.* Spiritus autem disertè dicit, fore ut Posterioribus præstitutis Temporibus desciscant quidam à Fide. Quamobrem & ego, non amplius me continens, misi eum ut cognoscerem Fidem vestram; Veritus, *nè quo modo tentâsset vos Tentator ille*, & *Inanis redditus esset Labor noster.* *Rom.* 11. 20. 1 *Tim.* 4. 1. 1 *Thess.* 3. 5.

Q. *Quænam est* Petri *Sententia, num ille opinatur etiam posse quosdam Veritatem noscere, & posteà recedere ab illâ?*

R. Execrandi Homines, Qui *derelictâ rectâ Viâ aberrârunt*; secuti Viam *Balaam* Filii *Bozor*, qui Mercedem Iniquitatis amavit. Isti sunt Fontes Aquâ carentes, Nebulæ à Turbine agitatæ, quibus caligo Tenebrarum in Æternum asservata est; Nam quæ prætumida Vanitas ipsis dictavit loquendo, eos inescant per Carnis Cupiditates lascivas, qui *verè effugerant* ab iis, qui in Errore versantur. Libertatem iis pollicendo, cum ipsi Servi sint Corruptelæ: siquidem à quo quis superatus est, huic etiam in Servitutem est addictus; Nam si postquâm Pollutiones Mundi per Agnitionem Domini & Servatoris

2 Pet. 2. 14. 15. 17. 18. 19. 20. toris Jesu Christi effugerint, *His rursum implicati superentur*, facta est ultima eorum Conditio deterior priore.

Q. *Num stantes monet ne etiam cadant?*

R. Vos igitur, dilecti, istorum Præscii quum sitis, cavete, nè illorum nefariorum Errore cum illis abducti, *excidatis* à propriâ Stabilitate.

2 Pet. 3. 17.

Q. *Nun qui semel fuerit Palmes in Christo, potest deinde abjici?*

Jo. 15. 6. R. Nisi quis in me manserit, *abjectus* extra Vineam statim ut Palmes arescet.

Q. *An potest Justus derelinquere Justitiam?*

Ezech. 18. 26. & 33. 13. R. Quum *avertit se justus à Justitiâ* suâ & faciens Iniquitatem, moritur in illis, propter Iniquitatem suam, quam facit, moritur.

Q. *Num talem Conditionem potest Fidelis attinere in hac Vitâ, a quâ non datur totalis Defectus?*

Apoc. 3. 12. R. Qui vicerit, faciam ut is sit Columna in Templo Dei mei, *nec foràs egredietur amplius*; & inscribam ei Nomen Dei mei, & Nomen Civitatis Dei mei, id est, Novæ *Hierusalem* quæ descendit è Cœlo, à Deo meo, & Nomen meum novum.

Q. *Num potest ullus certus esse quod ad hanc Conditionem attinuerit?*

Nam

R. Nam mihi perſuaſum eſt neque mortem, neque Vitam, neque Angelos, neque Principatus, neque Poteſtates, neque Præſentia, neque futura, Neque ſublimitatem, neque Profunditatem, neque ullam Rem aliam conditam poſſe *nos ſeparare* à Charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Rom* 8. 38. 39.

CAP. IX. Cap. 9.

De Eccleſiâ & Miniſterio.

Q. QUID *eſt Eccleſia?*

R. Quod ſi tardavero, ut nôris quomodo oporteat in Domo Dei verſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, *Columna & Stabilimentum Veritatis.* 1 *Tim.* 3. 15.

Q. *Quis Caput Eccleſiæ eſt?*

R. Qui, inquam, eripuit nos ex Poteſtate Tenebrarum, ac tranſtulit in Regnum *Filii ſui dilecti*, Eſtque *Caput Corporis*, id eſt *Eccleſiæ*, ex quo totum Corpus per commiſſuras & connexus Suppeditatum & Compactum, augeſcit Dei augmento. *Coll.* 1. 13. 18. & 2. 19.

Q. *Ex quibus ſit Eccleſia?*

Ex Sanctificatis

1 Cor. 1. 2 *R.* Ex Sanctificatis in Christo Jesu.

Q. *Annon Deus constituit Ministros in Ecclesiâ ad Officium Ministerii?*

R. Quapropter dicit, cum ascendisset in Sublime, Captivam duxit Captivitatem; & dedit Dona Hominibus. Is igitur dedit, alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, Ad Compactionem Sanctorum, ad Opus Ministerii, ad Ædificationem Corporis Christi.

Eph. 4. 8. 11. 12.

Q. *Quales debent esse, qui sunt Episcopi & Doctores Ecclesiæ?*

R. Oportet igitur Episcopum irreprehensum esse, unius Uxoris Virum, Vigilantem, Temperantem, Compositum, Hospitalem, aptum ad Docendum, Non Vinosum, non Percussorem, non turpem Quæstum facientem, sed Æquum, Alienum a Pugnis, Alienum ab Avaritiâ, Qui suæ Domui bene præsit, qui Liberos habeat subditos cum omni Honestate: (Nam si quis propriæ Domui præesse nescit quomodo Ecclesiam Dei curabit?) Non Novitium, nè inflatus in Criminationem incidat Diaboli; Oportet autem eum etiam bonum habere Testimonium ab Extraneis, ne in Probrum incidat & Laqueum Diaboli.

1 Tim. 3. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Oporte

Oportet enim Episcopum inculpatum esse tanquam Dei Dispensatorem, non sibi pertinaciter placentem, non Iracundum, non Vinosum, non Percussorem, non turpem Quæstum facientem, Sed hospitalem, bonorum Amantem, Tempestantem, Justum, Pium, Continentem, Tenacem Fidelis illius Sermonis qui ad Doctrinam facit, ut possit & exhortari Doctrinâ sanâ, & contradicentes convincere. *Tit.* 1. 7. 8. 9.

Q. *Quid Opus est iis facere?*

R. Attendite igitur Animum ad vosmetipsos, & *totum Gregem*, in quo vos Spiritus ille Sanctus constituit Episcopos, *ad regendam Ecclesiam Dei*, quam suo illo proprio Sanguine acquisivit. *Act.* 20. 28.

Presbyteros qui inter vos sunt, precor ego unà Presbyter, ac Testis Afflictionum Christi, atque item Gloriæ Consors, quæ futurum est ut reveletur, *Pascite Dei Gregem*, qui penes vos est, illius Inspectioni vacantes, non coactè, sed libentèr; non turpitèr affectantes Lucrum; sed prompto Animo, Neque ut Dominantes cleris, sed ut qui sitis Exemplaria Gregis. *1 Pet.* 5. 1. 2. 3.

Q. *Quanquam non licet eis dominari Gregi, debeturnè illis Honor secundum Locum eorum?*

Qui

1 Tim. 5. 17. R. Qui bene præsunt Presbyteri *duplici Honore habeantor*; maximè qui laborant in Sermone & Doctrinâ.

Q. *Quanquam igitur inter veros Christianos oportet unumquemque habere Testem in se, id est persuideri à Spiritu in semetipso, estnè tamen realis Subjectio alii aliis invicem habenda in Domino.*

R. Et Spiritus Prophetarum Prophetis subjiciuntur. Obedite *Ductoribus* vestris & *obsecundate*; excubant enim ipsi pro Animabus vestris, tanquam Rationem reddituri, ut cum Gaudio hoc faciant & non suspirantes, id enim est vobis inutile.

1 Cor. 14 32. Heb. 13 17.

Rogamus autem vos, Fratres, *ut agnoscatis eos*, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & admonent vos; Et eos *supra modum Charos* ducatis propter Opus ipsorum.

1 Thess. 5. 12. 13.

Similiter *Juniores subjecti estote Senioribus*, & omnes viciſſim subjicimini.

1 Pet. 5. 5.

Q. *Quomodo oportet veros Pastores ministrare in Ecclesiâ.*

R. Ut quisque accepit Donum, ita alius in alium illud *subministrantes*, ut boni Dispensatores variæ Dei Gratiæ. Si quis loquitur, loquatur *ut Eloquia Dei*, si quis ministrat, ministret tanquam *ex Viribus*,

1 Pet. 4. 10. 11.

quis *suppeditat Deus*; ut in omnibus glorificetur Deus per Jesum Christum.

Q. *Hinc colligo unumquemque verum Ecclesiæ Pastorem ministrare debere ex Dono & Gratiâ Dei sibi communicatâ; sed sunt qui existimant Naturalem Sapientiam & humanam Literaturam esse Qualificationes Ministro maximè necessarias; Gratiam autem judicant non ita necessariam; quin possit aliquis esse verus & realis Pastor absque illâ? Quid de hoc ait Scriptura?*

R. Oportèt Episcopum esse continentem, justum, pium, temperantem. *Tit.* 1. 7. 8.

Q. Videtur *mihi impossibile, inculpatum, justum, pium, continentem & temperantim aliquem esse absque Gratiâ Dei: quod si hæ sint Qualificationes omnino necessariæ, hinc sequitur, Illud, sine quo, nemo ista assequi potest, esse etiam necessarium; sed quid ait Scriptura de Necessitate naturalis Sapientiæ & humanæ Literaturæ?*

R. Ubi Sapiens? Ubi Scriba? Ubi Disquisitor Seculi istius? Nonne infatuavit Deus Sapientiam Mundi hujus? Nam postquam in Dei Sapientiâ Mundus non cognovit Deum per istam Sapientiam, libuit Deo per Stultitiam Prædicationis servare Credentes. 1 *Cor.* 1. 20. 21.

Apparet

Q. *Apparet Prælicationes verorum Paſtorum non fuiſſe collectas multâ Sapientiâ & Literaturâ; complures exiſtimant oportere illum, qui bene prædicat, in Literaturâ humanâ eſſe peritiſſimum; Qualis eſt hac in Re Sententia Apoſtoli?*

R. Non enim miſit me Chriſtus ut baptizarem, ſed ut evangelizarem: *non cum dicendi Peritiâ*, ne inanis reddatur Crux Chriſti. Sed fui ego cum Infirmitate & Timore ac Tremore multo apud vos; Neque Oratio mea & Præconium meum verſatum eſt in Perſuaſoriis *humanæ* Sapientiæ Verbis, ſed in Demonſtratione ſpirituali, & Potente, Ne Fides veſtra conſiſtat in *Sapientiâ Hominum*, ſed in Potentiâ Dei.

1 Cor. 1 17.
1 Cor. 2 3. 4. 5.

Q. *Videtur Apoſtolum multo magis æſtimare Demonſtrationem & Vim Spiritûs in Paſtore, quam humanam Literaturam; Num Paſtores oportet prædicare ſecundùm quod docentur a Spiritu?*

R. Non Sermonibus, quos docet *humana Sapientia*, ſed quos docet Spiritus ſanctus.

1 Cor. 2. 13.

Repleti ſunt autem omnes Spiritu ſancto, cœperuntque loqui aliis Linguis, prout *Spiritus ille dabat eis affari.*

Act. 2. 4.

Num

Q. *Num igitur est Christus qui loquitur in & per suos Ministros?*

R. Non enim vos estis qui loquimini, sed *Spiritus Patris vestri*, is est qui loquitur *in vobis*. *Spiritus enim sanctus docebit vos*, eo ipso Momento, quæ oporteat dicere. *Mat.* 10. 20. *Vide Marc.* 13 11. *Luc.* 12. 12.

Q. *Quæ est Apostoli Sententia de Literatura illâ humanâ, quam quidam adeo magnificant, tamque necessariam Pastori existimant?*

R. Videte ne quis sit qui vos prædetur *per Philosophiam & inanem Seductionem*, secundum Traditionem Hominum, secundum Elementa Mundi, & non secundum Christum. *Timothee*, depositum Custodi, & aversare Prophanos illos de Rebus inanibus Clamores & Oppositiones falsò Nominatæ Notitiæ. *Coll.* 2. 8. 1 *Tim.* 6. 20.

Q. *Licet veri Pastores non loquantur secundum naturalem Hominis Sapientiam; Num ideo Testimonium eorum expers Sapientiæ est?*

R. *Sapientiam vero loquimur* * inter Perfectos, Sapientiam autem non Seculi hujus, neque Principum Seculi hujus, qui abolentur, 1 *Cor.* 2. 6. 7.

* Beza. Adultos: Græc. ἐν τοῖς τελείοις, in Perfectis, vel, inter Perfectos.

abolentur; Sed loquimur *Sapientiam Dei latentem in Myſterio*, id eſt Occultam illam, quam præ-finiverat Deus ante Secula ad Gloriam noſtram.

Q. Unde ſit, quod Homo naturalitèr incapax eſt miniſtrandi in Rebus Divinis?

1 Cor. 2. 14. *R.* Animalis (vel Naturalis) autem Homo *non eſt Capax eorum quæ ſunt Spiritûs Dei*; ſunt ènim ei Stultitia, nec poteſt ea cognoſcere, quia ſpiritualitèr dijudicantur.

Q. Ex Scripturis ſupradictis ſatis patet, quod vera Vocatio ad Miniſterium ſit à Deo, quod rectum conſtituens Miniſterium ſit Donum & Gratia Dei, quod vera & Efficax Prædicatio Fidelis Paſtoris ea ſit quia provenit ab internâ Inſtructione & Motu Spiritûs Dei; ſed quid aiunt Scripturæ quoad Mercedem Paſtorum?

Merces Paſtorum

R. Communicet autem qui inſtituitur in Sermone, cum eo qui ſe inſtituit, omGal. 6. 6. nia bona.

Si nos vobis Spiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi nos *veſtra Carnalia meſſuerimus*? Si alii ſui in vos juris Participes ſunt, an non potius nos? Atqui non uſumus Jure iſto, ſed omnia ſuſtinemus, ne interrumpamus Evangelium Chriſti; An neſcitis eos, qui Sacris operantur, ea quæ

ex

ex Sacrario ſunt, edere? Et qui altari aſſident cum altari participare? Ita etiam Dominus conſtituit iis, qui Evangelium annunciant; ut ex Evangelio vivant. 1 Cor. 9. 11. 12. 13. 14.

Dicit enim Scriptura, Bovi trituranti non obligabis Os; &, dignus eſt Operarius Mercede ſuâ. 1 Tim. 5. 18.

Q. *Hinc apparet incumbere Sanctis communicare Externa iis, qui verè administrant illis Spiritualia; ſed hoc videtur eſſe Voluntarium; Debentnè igitur veri Miniſtri Evangelizare quamvis hujus non ſint certi? Quid dicit Apoſtolus de ſe in hoc Caſu, & quid aliis conſulit?*

R. Ego tamen nullo iſtorum *ſum uſus*, neque verò hæc ſcripſi *ut ita fiat in me*: Nam bonum eſt mihi mori potius, quam ut Gloriationem meam aliquis Inanem reddat: Etenim ſi Evangelizem, non eſt quod glorier; *Neceſſitas enim mihi incumbit.* Væ autem mihi eſt niſi Evangelizem: Nam ſi volens hoc faciam, Mercedem habeo; ſi invitus, Diſpenſatio credita eſt mihi; Quæ igitur mihi eſt Merces? ut quum Evangelizem *Gratuitum conſtituam Evangelium Chriſti*, ut nè abutar Facultate meâ in Evangelio. Argentum vel Aurum aut Veſtem nullius concupivi, Imo ipſi nôſtis, Uſibus meis & iis qui mecum ſunt, *Manus iſtas miniſtravere*; In omnibus oſtendi vobis 1 Cor. 9. 15. 16. 17, 18.

Act. 20. 33. 34. 35. oportere sic laborando suscipere Infirmos, & meminisse Verborum Domini Jesu, ipsum videlicet dixisse, *Beatum est dare potius quam accipere.*

Q. *Observatu dignum est Apostolum inter Qualificationes Pastorum, ubique Specialem Mentionem facere, Ne dediti sint turpi Lucro; Quid ergo existimandum est de talibus Pastoribus, qui sine Stipendio prædicare nolunt; & qui Vi illud rapere volunt ab his qui nulla ab iis recipiunt Spiritualia? Similesne sunt Christi Ministris? Vel quid aliud ait Scriptura de Talibus?*

R. Fili Hominis, Propheta contra Pastores *Israelis*: Propheta, dicens istis, Pastoribus ipsis, sic ait Dominus Jehova, Væ Pastoribus *Israelis, qui erant Pasturi ipsos*, annon Grex est quem pascunt Pastores? *Adipem comeditis & Lanam induitis, quod optimum est mactatis*; Gregem non pascitis. Ne vivam ego, Dictum Domini Jehovæ, nisi eò quod est Grex meus direptioni, & sunt Oves Gregis mei Cibo omnibus Bestiis Agri, destitutæ Pastore, & non reposcentibus Pastoribus meis Gregem meum; *pascunt enim Pastores seipsos*, Gregem autem meum non pascunt.

Jechez. 34. 2. 3. 8.

Sic ait Jehova contra illos Prophetas, qui in Errorem inducunt Populum meum qui Mordentes suis Dentibus proclamant Pacem

Pacem, & in eum, qui non indiderit Ori ipſorum, *indicunt Bellum.* Quorum Primores Munere judicant, & quorum *Sacerdotes Pretio docent*, & quorum Prophetæ *Pecuniâ divinant*; intereà Jehovà nituntur, dicendo, annon Jehova in Medio noſtri eſt? Non ſuperveniet nobis Malum. *Mic.* 3. 5. 11.

Et iſti Canes avidiſſimi *non nôrunt Saturitatem.* propterea ipſi paſcunt ſe, neſciunt docere: quotquot ſunt, ad Viam ſuam ſe convertunt; *quiſque ad Lucrum ſuum* ab Extremitate illius unà ad alteram. *Jeſ.* 56. 11.

Q. *Hæc ſunt plana à Prophetis Teſtimonia, ſuntnè ulla talia ab Apoſtolis?*

R. Perverſæ Exercitationes Hominum Mente Corruptorum, & qui privati ſunt Veritate, & *quæſtui habent* Pietatem: *Abſcede* ab iis qui hujuſmodi ſunt. Eſt autem Quæſtus magnus Pietas, cum Animo ſuâ ſorte contento. Nihil enim intulimus in Mundum, videlicet nec efferre quicquam poſſumus; ſed habentes Alimenta & quibus tegamur, hæc nobis ſatis erunt. Qui verò volunt diteſcere, incidunt in Tentationem & Laqueum, & Cupiditates multas Amentes, & damnoſas, quæ demergunt Homines in Exitium & Perniciem: Siquidem *Radix omnium malorum eſt Amor Pecuniæ*: quam quidam dum appetunt, aberrârunt à Fide, & ſeipſos undi- *1 Tim.* 6. 5. 6, 7, 8. 9. 10.

quaque transfixerunt Doloribus multis. Erunt enim Homines sui Amantes, *avari*, 2 Tim. 3. 3. 2. *glorioſi*, ſuperbi, maledici, Parentibus non obſequentes, ingrati, prophani. Sunt enim multi ſubjici neſcii, & vaniloqui, & Mentium Seductores, maxime qui ſunt ex Tit. 1. 10. 11. Circumciſione; Quibus oportet os obturare; qui totas Domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet, *turpis Lucri Gratiâ*.

Fuerunt autem etiam Pſeudoprophetæ in Populo; ut etiam inter vos erunt falſi Doctores, qui ſubintroducent Hæreſes exitiales, etiam Dominum, qui illos Mercatus eſt, abnegantes, accerſentes ſibi ipſis celerem Perniciem: Et multi ſequentur eorum Exitia; per quos Via Veritatis blaſphemabitur; *Et per Avaritiam*, fictis Sermonibus vos negotiabuntur, quibus Damnatio jam olim non otiatur, & quorum Exitium non dormitat: Oculos habentes plenos Adulterii, & qui a Peccando ceſſare neſciant, ineſcantes Animas inſtabiles, *Cor habentes ad Avaritiam exer-* 2 Pet. 2. *citatum*, execrandi Homines: Qui dere- 1, 2. 3. 14. 15. lictâ rectâ Via aberràrunt, ſecuti Viam *Balaam* Filii *Bozor*, qui *Mercedem Iniquitatis amavit*. Væ ipſis; nam Viam *Cain* ingreſſi ſunt, & *Deceptione Mercedis*, qua deceptus fuit *Balaam*, effuſi ſunt, & Con-

tradictione

traditione *Core* perièrunt: Hi ſunt Murmuratores, queruli, in Cupiditatibus ſuis incedentes: Et quorum Os loquitur Præ- *Jud.* 11 tumida, admirantes Perſonas Utilitatis 16. Gratiâ.

Ordo in Eccleſiâ

Q. *Debetnè ullus eſſe in Eccleſiâ Ordo?*

R. Omnia *decenter* & *Ordine* fiant. 1 Cor. 14. 40.

Q. *Quiſnam bonus Ordo in Eccleſiâ præſcribitur de Prælicatoribus? An convenit ut unicus tantum, vel ut duo, loquantur; vel plures, ſi ad id moveantur?*

R. Quod ſi quid alii revelatum fuerit *aſſidenti, prior taceat*; Poteſtis enim *omnes ſigillatim* prophetare, ut omnes diſcant, 1 Cor. & omnes Conſolationem accipiant. Et 14. 30. Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjici- 31. 32. untur. Non enim eſt Exagitationis Au- 33. ctor Deus, ſed Pacis, ut in omnibus Eccleſiis Sanctorum.

Q. *Ullanè eſt Promiſſio quod tam Filiæ quam Filii ſub Evangelio Prophetabunt?*

R. Eritque poſtea, ut effundam Spiritum meum ſuper omnem Carnem, & pro- *Joel.* 2. phetabunt Filii veſtri & Filiæ veſtræ; Se- 28. niores veſtri Somnia ſomniabunt, Juvenes veſtri Viſiones videbunt.

Q. *Eſtnè Promiſſio illa impleta & implenda?*

R. Sed hoc illud eſt, quod dictum eſt per Prophetam *Joelem*: & erit ultimis Temporibus (dicit Deus) effundam ex Spiritu meo in quamvis Carnem, & pro-
Act. 2. 15 phetabunt Filii veſtri, & Filiæ veſtræ, &
17. Juvenes veſtri Viſiones videbunt, & Seniores veſtri Somnia ſomniabunt.

Q. Eſtnè ulla talis Inſtantia olim in Scripturis?

Act. 21. 9 *R.* Huic autem erant *Quatuor Filiæ Virgines prophetantes.*

Q. Sed poſſuntnè omnes Mulieres loqui, vel an ullæ jubentur ſilere in Eccleſiâ?

R. Mulieres veſtræ in Conventibus ſi-
1 *Cor.* 14 34. 35. leant; nec enim permiſſum eſt iis * ut loquantur; ſed oportet ut *ſubditæ* ſint, ſicut & *Lex dicit.* Quod ſi quid diſcere volunt, Domi ſuos Viros interrogent: nam *turpe* eſt Mulieribus in Eccleſiâ loqui.

1 *Tim.* 2. 11. 12. *Mulier* cum Silentio diſcito cum omni Submiſſione. Mulieri enim docere non permitto, neque *Authoritatem uſurpare* in Virum; ſed mando ut ſit in Silentio.

Primus

* Ut loquantur, Græce λαλεῖν, unde λαλία, Loquacitas; Non dicit *Paulus* non permiſſum eſt illis (i. e. Mulieribus) ut Orent, vel Orare, Græce προσεύχεσθαι, vel Prophetare, Græce προφητεύειν: Tunc enim contradixerit Apoſtolus Prophetiæ *Joelis*, 2. 28. Et Admonitionem ſuam præcedentem (Cap. 11. 4. 5.) Inanem reddiderit.

Q. *Primus horum Locorum tantummodò videtur referendus Mulieribus, quæ habent Maritos; quid de illis fit quæ nullos habent? Secundus Locus nihil de Ecclesiâ loquitur, sed solummodo quod non debeat Mulier Authoritatem usurpare in Virum; Nullamne habet hoc Limitationem? Nonne idem Apostolus Regulas præscribit, quomodo Mulieres Orantes, vel Prophetantes, debeant sese in Ecclesiâ gerere.*

R. Omnis Vir orans vel prophetans operto Capite dedecorat Caput suum; *Omnis vero Mulier orans aut prophetans non operto Capite, dedecorat Caput suum*: Nam id unum ac idem est, ac si rasa esset. 1 *Cor.* 11 4. 5. *Vid. Rom.* 16. 1. 2. 3 *Philip.* 4 3.

CAP X.

Cap. 10.

De Cultu.

Qu. *Quisnam est Cultus, qui Deo gratus est?*

R. Sed venit Tempus & nunc est, quum veri Adoratores adorabunt Patrem *Spiritu & Veritate*. Etenim Pater tales quærit, qui ipsum adorent: *Deus* est *Spiritus*: Et qui adorant eum, oportet ut *Spiritu ac Veritate* adorent. *Joh.* 4. 23, 24.

Q. *Quum Precatio sit specialis Pars Cultus; Quando orare debemus?*

Luc. 18. 1 1 Thess. 5. 17. R. Dixit autem iis etiam Parabolam huc Spectantem, quod oporteret ipsos *semper orare*, nec Segnes esse. Sine Intermissione orate.

Q. *Annon exaudit Deus Preces omnium Invocantium ipsum?*

Psal. 145 18. Rom. 10. 12. R. Propinquus est Jehova *omnibus Invocantibus ipsum, omnibus* qui invocant ipsum Fide. Non enim est Distinctio vel *Judei*, vel *Græci*, nam idem est Dominus omnium, dives *in* * *quosvis* à quibus invocatur.

Q. *Nullumnè habet Deus Respectum Modo invocandi ipsum?*

Psal. 145 18. Prov. 15. 29. R. Propinquus est Jehova omnibus invocantibus ipsum, *omnibus qui invocant ipsum Fide.* Procul abest Jehova *ab Improbis*, Orationem autem Justorum exaudit.

Joh. 9. 31. Scimus autem quod Deus *Peccatores non exaudit*; sed si quis Dei *Cultor est*, & facit quod ille vult, ille *hunc audit.*

Joh. 15 14. Et hæc est Fiducia quam apud Deum habemus, ipsum, si quid petierimus, *secundum Voluntatem ejus, nos audire.*

Quum

* Græce εἰς πάντας, in omnes.

Q. *Quem igitur in Modum declarat Apostolus se velle orare?*

R. Quid est igitur? *Orabo Spiritu*; sed orabo etiam *Intelligentiâ*: psallam *Spiritu*, sed Psallam etiam *Intelligentiâ*. 1 Cor. 14. 15.

Q. *An igitur semper in Spiritu orandum est?*

R. Omni Prece & Deprecatione, orantes *omni Tempore per Spiritum*, & illi ipsi Rei excubantes, cum omni Perseverantiâ, & Supplicatione pro omnibus Sanctis. Eph. 6. 18.

Q. *Quum itaque præ ipsimur semper orare in Spiritu: An istud ex nobis possumus, sine Spiritûs Auxilio?*

R. Itidem autem & *Spiritus* unà sublevat Infirmitates nostras: quid enim oremus ut oportet, *non novimus*; sed *ipse Spiritus* intercedit pro nobis *suspiriis inenarrabilibus*? Rom. 8. 26.

Q. *Percipio itaque Preces, absque Ductu & Auxilio Spiritûs, penitùs inutiles esse; potsinè igitur Homo verè proferre illa, quæ sunt Spiritualia, sine Spiritûs assistentiâ?*

R. Quapropter Notum vobis facio, nullum per Spiritum Dei loquentem, dicere *Jesum* Anathema, & neminem posse dicere Jesum Dominum, *nisi per Spiritum Sanctum*. 1 Cor. 12. 3.

Hoc

Q. *Hoc mirabile est, Videtur, Spiritum esse multo magis necessarium quam multi dicti Christiani opinantur eundem esse; Quorum quidam vix noscunt num Spiritum habeant, an non: Sed si Homo loquatur ea, quæ in Rei Veritate vera sunt, suntnè vera sicuti ab eo Procedentia, si dicta sint sine Spiritu?*

R. Sed quum, *Vivit Jehova*, dicunt;
Jer. 5. 2. hoc Pacto *falsò jurant.*

Q. *Ex omnibus hisce Scripturæ Locis apparet, verum Dei Cultum in Spiritu esse, & sicut nec certo cuilibet Loco, ita nec certo cuivis Tempori limitatur; Quid de iis existimandum est qui pro quorundam Dierum Observatione disceptant?*

R. At nunc, cum cognoscatis Deum,
Gal. 4. 9. 10. 11. imò potius cogniti sitis a Deo, quomodo convertitis vos retrorsùm ad infirma & egena Elementa, quibus ad Superiora regressi servire vultis? *Dies observatis, & Menses, & præstituta Tempora & Annos*; Metuo de vobis nè fruſtrà fatigatus sim apud vos.

Ne quis igitur vos damnet, ob Cibum
Col. 2. 16. 17. vel Potum, aut Respectu Festi, aut Novilunii aut Sabbathorum, Quæ sunt Umbra Rerum futurarum, at Corpus est Christi.

Quum

Q. *Quum igitur ita ſit, poſſuntne quidam Chriſtiani adeo legitimè æſtimare omnes Dies æquales, quam alii poſſunt quoſdam Dies æſtimare præ aliis, Quam dat Apoſtolus Regulam in hoc Caſu?*

R. Alius quidem æſtimat *Diem præ Die*, alius autem *peræque* æſtimat *quemvis Diem*, unuſquiſque in Animo ſuo plenè certus eſto: Qui curat Diem, Domino curat; & qui non curat Diem, Domino non curat. Qui edit, Domino edit: Gratias enim agit Deo: Et qui non edit, Domino non edit, & Gratias agit Deo. *Rom.* 14. 5. 6.

CAP. XI. Cap. 11.

De Baptiſmo, & Pane & Vino:

Qu. *QUOT ſunt Baptiſmata?*

R. Unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma. *Eph.* 4. 5

Q. *Quidnam eſt hic Baptiſmus?*

R. Cui Rei nunc * reſpondens Exemplar Baptiſmi nos quoque ſervat (*non quo Carnis*

* Græce ἀντίτυπον βάπτισμα, A glice, the Antitype Baptiſm; h. e. Chriſti: non *Johannis* Baptiſma, quo Carnis Sordes abjiciuntur; Aquæ Materialis ſolummodo Propr.etas.

Carnis Sordes abjiciuntur, sed Stipulatio bonæ Conscientiæ apud Deum) per Resurrectionem Jesu Christi: Qui est ad dexteram Dei profectus in Cœlum, subjectis ipsi Angeiis, & Potestatibus ac Virtutibus.

1 *Pet.* 3. 21. 22.

Q. *Quid dicit* Johannes Baptista *de Baptismate Christi, & quomodo illud distinguit à suo Baptismate?*

R. Ego quidem baptizo vos Aquà (vel in Aquà) ad Resipiscentiam: Is verò qui pone me venit, validior me est; cujus non sum dignus, qui soleas Portem; ipse vos baptizabit *Spiritu sancto & Igne.*

Matth. 3. 11.

Q. *Itanè etiam illud distinguit Christus?*

R. Et cum illis conveniens, mandavit iis ne abscederent *Hierosolymis*; sed ut expectarent Promissionem Patris, quam (inquit) audistis ex me. Nam *Johannes* quidem baptizavit Aquà, vos autem *baptizabimini Spiritu sancto* istis non multis post Diebus:

Act. 1: 4. 5.

Q. *Hoc nè etiam observat* Petrus *Apostolus?*

R. Quum autem cœpissem loqui, illapsus est Spiritus sanctus in eos, quemadmodum & in nos in Principio; recordatus sum vero illius dicti Domini, quum diceret, *Johannes* quidem *baptizavit* Aquà, vos vero *baptizabimini Spiritu sancto.*

Act. 11. 15. 16.

Percipia

Q: *Percipio igitur multos posse spargi, baptizari & in Aquam mergi, non tamen verè baptizari Baptismate Christi; Quinam sunt reales effectus in talibus producti, qui verè baptizantur Baptismate Christi?* Christi Baptisma

R. An ignoratis, nos quotquot baptizati sumus in Christum Jesum, in Mortem ejus esse baptizatos; Consepulti sumus igitur ei *per Baptismum* in Mortem, ut sicut suscitatus est Christus ex Mortuis in Gloriam Patris, ita & nos *novâ Vitâ ambulemus.* *Rom. 6. 3. 4.*

Nam quicunque in Christum baptizati fuistis, *Christo induti fuistis.* *Gal. 3. 27*

Et consepulti per Baptismum, per quem etiam cum eo *suscitati estis* per Fidem efficacis illius Virtutis Dei, qui suscitavit eum ex Mortuis. *Col. 2. 12.*

Q. *Percipio fuisse Baptisma Aquæ, quod fuit* Johannis *Baptisma, ideoque ab ipso* Johanne *à* Christi *Baptismate contradistinguitur: Fuitne etiam aliquid hujusmodi à* Christo *Discipulis suis institutum, edendi Panem, & bibendi Vinum, in sui Commemorationem?* Panis & Vinum.

R. Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, Dominum Jesum, videlicet, eâ Nocte quâ proditus est accepisse Panem: Et Gratiis actis fregisse, & dixisse, Accipite, edite, hoc meum est Corpus, quod pro vobis frangitur: Hoc facite ad mei

1 Cor. 11 23. 24. 25. mei Commemorationem. Itidem & Poculum, poſtquam cænàſſet, dicendo, hoc Poculum eſt novum illud Pactum per meum Sanguinem: hoc facite, quotieſcunque biberitis, ad mei Commemorationem.

Quamdiu ſunt duratura.

Q. *Quamdiu fuerat hoc duraturum?*

1 Cor. 11 26. R. Quotieſcunque enim ederitis Panem hunc, & Poculum hoc biberitis, Mortem Domini annuntiatis uſquequò venerit.

Adventus Chriſti.

Q. *Promiſitnè Chriſtus ad Diſcipulos ſuos reverti?*

Jo. 14. 18. 23. R. Non relinquam vos orbos; *redeo ad vos*; Reſpondit *Jeſus* & dixit ei; ſi quis diligit me, Sermonem meum obſervabit, & Pater meus diliget eum, & *ad eum veniemus*, & apud eum *habitabimus*.

Q. *Fuitnè hic Adventus Internus?*

Jo. 14. 20. R. In illo Die vos cognoſcetis me eſſe in Patre meo, & vos in me, & *Me in vobis*.

Ut quædam Conſtitutiones non ſint Perpetuæ.

Q. *Sed videtur hoc ipſum ab Eccleſiâ Corinthiacâ poſt Chriſti internum adventum exercitum fuiſſe; Itanè fuit, quod quædam fuerunt Conſtitutiones poſitivè Præceptæ, & fervidè & religioſè exercitatæ à Sanctis olim quæ non fuerunt perpetuæ Durationis, neque nunc neceſſariæ ut in Eccleſiâ exerceantur?*

R. Itaque ſi ego lavi Pedes veſtros, Dominus & Præceptor, *vos quoque debetis*

alii

alii aliorum Pedes lavare; Exemplum e- *Jo.* 13.
nim præbui vobis, ut prout ego feci vobis, 14. 15.
ita & vos faciatis.

Visum enim est Spiritui sancto ac nobis,
ne quid amplius imponeremus vobis O-
nus præter necessaria ista; videlicet, ut *Act.* 15.
abstineatis ab iis quæ sunt *immolata* Simu- 28. 29.
lachris, & Sanguine & Suffocato & Scortatio-
ne: à quibus ii vos caveritis, bene age-
tis, valete:

Infirmatur aliquis inter vos? accersat *Jac.* 5.
Presbyteros Ecclesiæ, & orent pro eo; 14.
ungentes eum Oleo in Nomine Domini.

Q. *Prædicta hæc nihilo minus positiva*
sunt, quam alia, quorum quædam asseruntur,
tanquam ipsissimus Spiritûs sancti Sensus, ni-
hilominus esse necessaria, quam Abstinentia
à Scortatione; *Generalitas tamen Protes-*
tantium eadem seposuerunt, tanquam non — ita
perpetuæ Durationis; *Quænam igitur aliæ* Panis &
sunt Scripturæ ostendentes Durationem Pa- Vinum.
nis & Vini non esse necessariam?

R. Non enim est Regnum Dei *Esca* &
Potus, sed *Justitia* & *Pax*, & Gaudium *Rom.* 14.
per Spiritum sanctum. 17.

Ne quis igitur vos damnet, *ob Cibum*
vel Potum, aut Respectu Festi, aut Novi-
lunii, aut Sabbathorum: Itaque si mortui
sum Christo, *Liberi estis*, ab *Elementis*

Mundi

Col. 2. 16. 20. 21, 22. *Mundi*, quid, ut viventes in Mundo, *Ritibus* oneramini? Ne ederis, neque gustaris, neque attigeris: Quæ omnia *ipso Usu corrumpuntur*, *Præscripta* ex Præceptis & Doctrinis Hominum.

Panis spiritualis. Q. *Scripturæ hæ sunt perquam planæ, tantumque dicunt pro Abolitione hujus, quod Necessitatem aliquam quantum allegari potest, pro Præcedentibus; quisnam ergo est Panis, quo Sancti sunt nutriendi?*

R. Dixit ergo iis *Jesus*, Amen, Amen, dico vobis, nequaquam *Moses* dedit vobis Panem illum cœlestem; sed Pater meus dat vobis Panem illum cœlestem verum; Panis enim ille *Dei* est is, qui *de Cœlo descendit & dat Vitam Mundo.* Dixêrunt ergo ei, Domine, da nobis semper Panem istum; Dixit autem iis Jesus, *Ego sum Panis ille Vitæ*; qui venit ad me, nequaquam esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam. *Ego sum Panis ille Vitæ*, Patres vestri ederunt Manna in Deserto & mortui sunt, *Hic est Panis ille qui è Cœlo descendit*, ut qui *edit* ex eo, non moriatur: *Ego sum Panis ille vivus*, qui è Cœlo descendi, si quis *ederit ex hoc Pane*, *vivet in Æternum*: *Panis autem quem* ego dabo *Caro mea est*, quam ego dabo pro Mundi Vitâ: Pugnabant ergo Judæi alii adversus alios, dicentes, quomodo potest hic nobis

nobis Carnem ſuam dare quam edamus? Dixit ergo iis Jeſus, Amen, Amen, dico vobis, *niſi ederitis Carnem Filii Hominis*, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis Vitam in vobis: Qui edit *Carnem meam & bibit meum Sanguinem, habet Vitam æternam*, & ego ſuſcitabo ipſum ultimo illo Die. *Caro enim mea verè eſt Cibus*, & *Sanguis meus verè eſt Potus*, qui edit meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in eo: Sicut miſit me vivens ille Pater, & ego vivo per Patrem, ita etiam *qui ederit me, vivet ipſe qua que per me*: Hic eſt Panis ille, qui de Cœlo deſcendit: non prout ederunt Patres veſtri Manna & mortui ſunt: qui ederit hunc Panem, vivet in Æternum.

Joh. 6. 32. 33. 34. 35. 48. ad 59.

Quoniam unus eſt Panis, *unum Corpus*, nos illi multi ſumus; nam omnes *ex uno illo Pane participamus*.

1 Cor. 10. 17.

CAP. XII.

Cap. 12.

De Vitâ Chriſtiani in Genere, quæ & qualis eſſe debeat in hoc Mundo.

Qu. QUID *eſt vera Religio?*

R. Religioſus autem Cultus, Mundus

Mundus, & Incontaminatus apud Deum &
Patrem, hic est, Invisere Orphanos &
Jac.1.27 Viduas in Afflictione ipsorum, & *Immaculatum seſe conservare à Mundo.*

Q. *Quid exigitur ab Homine?*

R. Indicavit tibi, O Homo, quid sit
Mic.6.8. bonum: Ecquid Jehova requisivit abs te,
nisi ut *exerceas Jus, & ames Benignitatem,*
& modeste *ambules cum Deo tuo?*

Sed in hunc Intueor, in Pauperem &
Contritum Spiritu, *ac Trepidantem* ad Ver-
Jesek. 66. 2. bum meum.

Q. *Anne igitur Deus exigit ut Homines*
Tremor. *sint* Tremuli, *ut ad Verbum ejus trepident?*
Num fuerunt quidam tales inter Sanctos olim?

R. Tuncad me congregaverunt se quis-
Ezr.9.4. quis *trepidabat ad Verba Dei Israëlis.* Nunc
ergo pangamus Fœdus cum Deo nostro,
Ezr. 10. 3. ejiciendo omnes Uxores & Natos ex iis,
ex Consilio Domini, & eorum qui *trepidant* ad *Præceptum Dei nostri.*

Q. *Videtur igitur* Ezram *adamâsse & magni æstimâsse* Tremulos *cum voluerit Consilium eorum esse sequendum; Annè ulli alii*
Tremuli olim. *ex Prophetis* Tremulos *vel* Trepidantes *monstrant tanquam Dei Populum?*

R. Audite Verbum Jehovæ, qui *trepidatis* ad Verbum ejus: dicunt Fratres vestri,
Osores vestri, procul Arcentes vos, prop-

ter

ter Nomen meum, honoretur Jehova ; ſed videbimus Lætitiam veſtram, quum iſti erubeſcent. *Jeſch. 66. 5.*

Quod erit mihi celebri Gaudio, Laudi & Ornamento, apud omnes Gentes Terræ ; quæ audient totum hoc bonum, quod ego facturus ſum illis ; & *expaveſcentes commovebuntur* ad totum bonum illud, & ad totam illam Pacem, quà ego affecturus ſum illam. *Jer. 33. 9.*

Q. *Prophetæ ibi bona promittunt* Tremuiis, *quid ergo de illis ſit, qui non* trepidant, & *qui tales non ſunt* ?

R. Audite jam hoc, Populе ſtolide & Excors ; quibus Oculi ſunt & non vident, quibus Aures & non audiunt, An me non reverebimini? Dictum Jehovæ, an à Facie meâ *non contremiſcetis* ? *Jer. 5. 21. 22.*

Q. *Suntnè igitur omnes Dei Filii* Tremuli ; & *anne jubemur* tremere & trepidare *in Ordine ad Salutem, et ſub Lege, & ſub Evangelio* ?

R. Colite Jehovam cum Reverentiâ, & exultate *cum Tremore*. A me proponitur Decretum, ut in toto Dominatu Regni mei, *tremant* ac timeant omnes à Conſpectu Dei *Danielis* : quia ipſe eſt Deus vivens & ſtabilis in Secula. Cum Timore, ac *Tremore* veſtram ipſorum Salutem conficite. *Pſal. 2. 11.* *Dan. 6. 27.* *Philip. 2 12.*

Quæ nam

Mandata præcipua

Q. *Quenam sunt Mandata præcipua?*

Math. 22 37. 38. 39. 40.

R. Diliges *Dominum Deum tuum ex toto Corde tuo & ex totâ Animâ tuâ*, & ex *totâ Cogitatione tuâ*: Istud est primum & magnum Mandatum; Secundum autem simile est huic; *Diliges Proximum tuum ut teipsum*, ab istis duobus Mandatis tota Lex & Prophetæ pendent.

Q. *Quidnam debet Christianus primo Loco appetere?*

Math. 6. 33.

R. Sed quærite *primò Regnum Dei & Justitiam ejus*, & ista omnia adjicientur vobis.

Christiani gestus.

Q. *Quomodo debent Christiani se gerere in Mundo hoc?*

1 *Cor.* 7. 29. 30. 31.

R. Hoc autem aio, Fratres, quoniam opportunum Tempus est Angustum in posterum: ut et qui habent Uxores, sint ut non habentes: Et qui flent, ut non flentes; & qui gaudent, ut non gaudentes: Et qui emunt, ut non obtinentes: Et qui utuntur hoc Mundo, ut non abutentes: præterit enim Habitus hujus Mundi.

Q. *Quid ulteriùs dicit Apostolus* Paulus *tanquam id in quo aptum sit, Christianos Viros & Fœminas inveniri?*

R. Volo igitur Viros orare in quovis Loco, puras Manus attollentes, absque

Ira

Irâ & Disceptatione; Itidem & Mulieres amictu Honesto, *cum Verecundiâ et Modestiâ ornare sese*, non cincinnis, *vel Auro, vel Margaritis vel pretioso Vestitu*, Sed (quod decet Mulieres Pietatem in Deum spondentes) *Operibus bonis*. 1 Tim. 2. 8. 9. 10.

Q. *Observo Apostolum* Paulum *valde contrarium esse Vanitati & Superfluitati Vestium inter Christianos, Quid ad hoc dicit* Petrus? Vestitus.

R. Quarum Ornatus non sit *externus* ille, *in nodis Capillorum*, & *Circumpositio Auro*, vel *Palliorum amictu*, Sed occultus ille *Cordis Homo*; situs in Incorruptione lenis ac quieti Spiritûs, qui est in Conspectu Dei pretiosus. 1 Pet. 3. 3. 4.

Q. *Apostolus ibi est perquam planus; sed quidnam dicunt Scripturæ quoad Acceptionem Personarum inter Christianos?* Personarum Acceptio.

R. Fratres mei, ne cum *Acceptione Personarum habete Fidem Domini nostri Jesu Christi glorioſi*, nam si quis in Cœtum vestrum ingrediatur, Aureum gestans Annulum, Veste splendidâ; ingrediatur autem & Pauper cum Sordida Veste: Et respexeritis ad eum, qui Vestem gerit splendidam, & dixeritis ei, tu sede hic pulchre; Pauperi vero dicatis, tu sta illic, aut sede hic subter Scabellum meum. Non-

ne

ne Discrimen feceritis apud vos, & facti fueritis Judices malè disceptantes? Audite, Fratres mei dilecti, Nonne Deus elegit *Pauperes* Mundi hujus, ut fierent Divites Fide, & Hæredes Regni quod promisit iis qui ipsum diligent? At vos contumeliâ affeciſtis *Pauperem*, nonne Divites per Tyrannidem opprimunt vos, & trahunt vos ad Tribunalia? Nonne blasphemant Præclarum illud Nomen, à quo estis cognominati? Quod si Legem Regiam Præstatis secundum Scripturam, *Diliges Proximum tuum ut teipsum*, bene facitis, *Sin vero Personam* Respicitis, *Peccatum committitis*, et redarguimini a Lege veluti Transgressores.

Jac. 2. 1.2.3.4 5.6.7. 8. 9.

Dominus et Servus

Q. *Quamvis hoc quidem sufficiat redarguere diversos Gradus inter Christianos, Ratione Divitiarum vel Ortûs; Estne tamen inter Christianos Respectus Relativus, ut inter Dominum & Servum? Quid in hoc Casu admonet Apostolus?*

R. *Servi, auscultate Dominis* secundum Carnem, cum Timore, ac Tremore, cum Simplicitate Cordis vestri ut Christo; Non *ad oculum servientes*; ut qui Hominibus placere studeant; sed ut Servi Christi: *facientes ex Animo quæ vult Deus*, Cum Benevolenria servientes, ut Domino, & non Hominibus: Scientes, singulos, quicquid

quicquid fecerint boni, hoc reportaturos
à Domino, ſive Servus fuerit, ſive liber, *Ep.* 6. 5.
Et vos *Domini, eadem facite* erga illos, 6. 7. 8. 9
remiſſis minis, ſcientes veſtrum *etiam ipſorum Dominum* eſſe in Cœlis, nec *Perſonæ Acceptionem eſſe apud eum.*

Servi, *auſcultate* per omnia Dominis, ſecundum Carnem, non *obſequiis ad Oculum exhibitis*, ut qui Hominibus placere ſtudent; ſed cum Simplicitate Cordis timentes Deum; Et quicquid feceritis, *ex Animo præſtate*, tanquam Domino, & *Coloſ.* 3. non Hominibus, Scientes vos a Domino 22. 23. *recepturos Mercedem Hæreditatis*; nam 24. 25. Domino Chriſto ſervitis: Qui vero Injuriam intulerit, referet Injuriam quam intulerit, nec eſt *Perſonarum Accepitio.*

Domini, Jus & Æquum Servis præſtate, *Coloſ.* 4. 1
ut qui ſciatis vos quoque Dominum habere in Cœlis.

Quicunqne ſub Jugo ſunt Servi, ſuos *Dominos* omni Honore dignos ducunto, ne Dei Nomen & Doctrina blaſphemetur: *1 Tim.* 6. Qui vero fideles habent Dominos, ne eos 1. 2. contemnant quod Fratres ſint; ſed eo magis inſerviant, quod Fideles ſint ac Dilecti qui Beneficentiam illam itidem capeſſunt, Hæc doce & exhortare.

Servos hortare *ut ſuis Dominis ſeſe ſubjiciant* in omnibus, ut iis placeant, non Re-

Tit. 2. 9. 10. sponsatores; Nihil intervertentes, sed omnem bonam Fidem ostendentes, ut Doctrinam Servatoris nostri Dei ornent in Omnibus.

1 Pet. 2. 18. 19. 20. 21. *Servi, subditi estote*, cum omni Timore, *Dominis*, non solum bonis & æquis; *sed etiam pravis*. Hoc enim cedit Gratiæ; si quis propter Conscientiam Dei, sufferat Molestias injustè afflictus: Quæ enim est Gloria si Peccantes & Colaphis cæsi subsistatis? Sed si bene agentes, & tamen afflicti subsistatis; hoc cedit vobis Gratiæ apud Deum: Nam ad hoc etiam vocati estis, quoniam & Christus passus est pro vobis, relinquens vobis Exemplar, ut subsequeremini Vestigia ipsius.

Parentes & Liberi

Q. *Quid admonet Scriptura quoad Relationem inter Parentes & Liberos?*

Eph. 6. 1. 2. 3. 4. *R.* Liberi, *auscultate in Domino Parentibus vestris*, id enim est justum; Honora Patrem tuum & Matrem: quod est *Praeceptum primum cum Promissione*: Ut bene tibi sit, & sis longævus super Terrâ: Et vos Patres, *ne provocate ad Iram Liberos* vestros, sed enutrite eos in Disciplina & Admonitione Domini.

Coloss. 3. 20. 21. Filii *auscultate Parentibus* in omnibus; hoc enim placet Domino; Patres, *ne irritate Liberos* vestros, ne despondeant Animum.

Qui

Q. *Quid inter Viros & Uxores?* Viri & Uxores.

R. *Uxores*, propriis Viris *subjicite vos*, ut Domino: Quoniam Vir est *Caput Uxoris*, ut & Christus est Caput Ecclesiæ: & is est qui salutem dat Corpori. Itaque sicut Ecclesia sese subjicit Christo, ita & Uxores suis Viris sese subjiciunto in omnibus: Viri, *diligite Uxores vestras*, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro eâ, Ita debent Viri diligere suas Uxores, ut sua ipsorum Corpora. Qui diligit Uxorem suam, seipsum diligit. Propterea derelinquet Homo Patrem suum, & Matrem, & agglutinabitur Uxori suæ; & qui duo erant, fient una Caro; Itaque & vos singuli, suam quisque Uxorem ita diligito ut seipsum, Uxor autem videto ut timeat Virum. *Eph.* 5. 22. 23. 24. 25. 28. 31. 33.

Similiter Uxores *sese subjiciant* suis Viris; ut etiamsi qui non assentiuntur Sermoni, per Uxorum Conversationem absque Sermone lucrifiant, Ubi spectârint, cum Timore conjunctam castam Conversationem vestram: Viri similiter, simul habitent, secundum Dei Notitiam, vas infirmius tribuentes Honorem, utpote quum una etiam Hæredes sitis Gratiæ Vitæ, ne interrumpantur Preces vestræ. 1 *Pet.* 3. 1. 2. 7.

Christianorum Armatura.

Q. *Quænam est Armatura Christiani? & quid est id cum quo luctari debeat?*

R. Induite universam illam *Armaturam Dei*, ut possitis stare adversus Artes Diaboli; Quoniam non est nobis Lucta, *adversus Sanguinem & Carnem*, sed adversus Imperia, adversus Potestates, adversus Mundi Principes, id est Tenebrarum Seculi hujus, adversus *Spirituales Improbitates*, quæ sunt in Sublimi. Propterea assumite universam illam Armaturam Dei, ut possitis obsistere Tempore adverso; & omnibus confectis stare. State igitur, lumbis circumcinctis *Veritate*, & induti Thorace *Justitiæ*; Calceatis Pedibus *Præparatione Evangelii Pacis*: Supra omnia, assumpto *scuto Fidei*, quo possitis omnia Jacula Mali illius ignita extinguere. *Galeam* etiam Salutis recipite, & *Gladium Spiritûs*, hoc est Verbum Dei.

Eph. 6. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

Q. *Quæ sunt Arma Christiani? & ad Fini inserviunt?*

.....et Arma.

R. Nam in Carne, non tamen secundum Carnem ambulantes, militamus; Arma enim Militiæ nostræ *non carnalia* sunt, sed divinitùs valida ad Destructionem Munitionum. Ratiocinationes evertendo, omnemque sublimitatem, quæ sese extollit adversus Cognitionem Dei;

2 Cor. 10 3. 4. 5.

&

& in Captivitatem rediginendo omnem Cogitationem ad obediendum Christo.

Nulla Rixa.

Q. *An inter Christianos esse debeant Rixa & Invidia?*

R. Quis sapiens & Scientiâ præditus est inter vos? Demonstret ex bonâ Conversatione Opera sua *cum lenitate Sapiente*: Quod si invidiam Amaram habetis, & Irritationem in Corde vestro, ne gloriamini, & ne Mendaces estote adversus Veritatem; Non est enim ista Sapientia supernè descendens; sed Terrena, Animalis, Dæmoniaca; *Ubi enim Invidia est & Rixa, ibi Inquieta Vita*, & omne Opus pravum. Quæ autem supernè est Sapientia, primùm quidem *Casta est, deinde Pacifica, Æqua, Obsequens, plena Misericordiæ* & Fructuum bonorum, absque Disceptatione, & minime simulata: Fructus autem Justitiæ seritur cum Pace, iis qui dant Operam Paci. *Jac.* 3. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

...neque Bella.

Q. *Num inter Christianos esse debeant Bella? & unde proveniunt?*

R. Unde Bella & Pugnæ inter vos? nonne hinc, nimirùm *ex Voluptatibus vestris* quæ militant in Membris: Concupiscitis & non habetis; invidetis & affectatis, nec potestis nanciscì: pugnatis & bellatis, nec obtinetis, propterea quod non petitis. *Jac.* 4. 1. 2.

Non defenſiva.

Q. *Quid ait Chriſtus etiam de Bello defenſivo?*

Matth. 5 39.

R. Ego vero dico vobis, *ne obſiſtite malo*, ſed qui te cædet in Dextram tuam maxillam, *obverte ei & alteram.*

Luc. 6. 27. 28. 29.

Sed vobis dico, qui auditis; *diligite Inimicos veſtros*; *benefacite iis qui vos oderunt*; *Benedicite* illis, qui execrantur vos, & *Orate* pro Infeſtantibus vos; Et qui tibi cæciderit Maxillam, *præbe et alteram*; & abeo qui tollit tibi Pallium, etiam Tunicam *nè prohibeto.*

Q. *Quid dicit Apoſtolus?*

Rom. 12. 17.

R. Nemini *Malum* pro *Malo viciſſim reddentes.*

1 *Pet.* 3. 9.

Non reddentes *Malum pro Malo*, aut *Convitium pro Convitio*, ſed contrà, benedicentes; ut qui ſciatis vos ad hoc vocatos eſſe, ut Benedictionem Hæreditario Jure obtineatis.

1 *Theſſ.* 5. 15.

Videte nè quis *Malum pro Malo* cuipiam *reddat*, ſed Beneficentiam ſemper ſectamini; tum inter vos mutuò, tum erga omnes.

De Juramento et Juramentis

Q. *Licitum erat olim jurare, & Juramentum in Confirmationem fuerat iis Finis omnis Contentionis; Famne etiam licitum eſt Chriſtianis jurare?*

Rurſum

Rursum audistis Dictum fuisse Veteribus, non pejerabis, sed reddes Domino quæ tu juraveris; Ego vero dico vobis: *Ne jurate omnino*: neque per *Cœlum*, quia Thronus Dei est; neque per *Terram*, quia Scabellum est Pedum ejus; neque per *Hierosolymam*, quia Urbs est magni Regis: Neque per *Caput* tuum jures, quia non potes unum Capillum album aut nigrum facere. Esto autem Sermo vester, *Etiam, etiam, Non, non*, quod autem supra hæc redundat, à Malo est. Matth. 5 33. 34. 35. 36. 37.

Ante omnia verò, Fratres mei, *Ne jurate*, neque per *Cœlum*, neque per *Terram*, neque aliud ullum Jusjurandum: sit autem vestrum *Est, Est*, & *Non, Non*: ne in Condemnationem incidatis. Jac. 5. 12.

Q. *An convenit Christianis vel credentibus carnalem & mundanum Honorem ab Invicem recipere?* Honor Mundanus.

R. Quomodo vos potestis credere; qui *Gloriam alii ab aliis capetis*, & Gloriam illam, quæ a solo Deo proficiscitur, non quæratis? Joh. 5. 44.

Q. *Licetne nobis Titulos adulatorios Hominibus dare?*

R. Ne, quæso, accipiam Personam ullius, et apud Hominem non utar *Præfatione*. Non enim novi *Præfationibus* uti; paulu- Job. 32. 21, 22.

lum utentem, tolleret me qui fecit me.

Q. *Quid dicendum est de talibus, qui nos objurgant, eò quod proprios & sanos Sermones proferimus, ut* Tu, *uni*; Vos, *multis*; *Quæ est Christi & Sanctorum in Scripturis Dialectus?*

R. Si quis diversam docet Doctrinam, ne-
1 Tim. 6 3. 4. que accedit sanis Sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum Pietatem est Doctrinæ. *Is inflatus est, nihil sciens,* sed insaniens circa Quæstiones ac Pugnas de Verbis; ex quibus nascitur *Invidia, Lis, Maledicentiæ, Suspiciones malæ.*

Expressam Formam teneto *sanorum Ser-*
2 Tim. 1 13. *monum*, quos a me audisti, cum Fide & Charitate, quæ est in Christo Jesu.

Q. *Quinam est Præceptum illud magnum à Christo Discipulis suis traditum, ex quo etiam illi tales esse declarantur, quod isidem ab Apostolis suis injungitur?*

Charitas

R. Præceptum novum do vobis, ut *alii alios diligatis*, sicut, inquam, dilexi vos,
Jo. 13. 34. 35. ut vos etiam diligatis alii alios: Ex hoc omnes cognoscent vos esse Discipulos meos, si *Charitatem habueritis alii in alios.*
Jo. 15. 12. 17. Hoc est Mandatum illud meum, ut *diligatis alii alios*, prout dilexi vos; Hæc Præcipio vobis, ut *diligatis alii alios.*

Estote igitur Imitatores Dei, ut Filii dilecti

dilecti; Et ambulate in Charitate, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, Oblationem & Victimam Deo, in Odorem bonæ Fragrantiæ.

Si quis dixerit, diligo Deum, & Fratrem ſuum oderit, Mendax eſt. Qui enim *non diligit Fratrem ſuum*, quem vidit. Deum quem non vidit quomodo poteſt diligere? Et hoc Præceptum habemus ab eo, ut qui diligit Deum, *diligat etiam Fratrem ſuum.*

Q. *Eſtne Humilitas valdè neceſſaria Diſcipulis Chriſti cui oportet ſimiles fiamus, priuſquam ingredi poſſimus Regnum Cœlorum?*

R. Et dixit, Amen, dico vobis, niſi converſi fueritis, & fiatis *ut Pueruli*, nequaquam ingrediemini in Regnum Cœlorum: Quiſquis igitur *ſummiſerit ſeſe*, ſicut eſt Puerulus iſte, is eſt maximus ille in Regno Cœlorum.

Q. *Num debeant Chriſtiani alii aliis dominari? Quam in hoc Caſu Regulam dat Chriſtus?*

R. Jeſus autem cum eos advocàſſet, ait, ſcitis Principes *Gentium* in eas dominari, & Magnates Poteſtatem exercere in eas; Verum *non ita erit inter vos*; ſed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, eſto veſter Miniſter; Et quicunque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter Servus;

lum utentem, tolleret me qui fecit me.

Q. *Quid dicendum est de talibus, qui nos objurgant, eò quod proprios & sanos Sermones proferimus, ut* Tu, *uni*; Vos, *multis*; *Quæ est Christi & Sanctorum in Scripturis Dialectus?*

R. Si quis diversam docet Doctrinam, ne-
1. Tim. 6. 3. 4. que accedit sanis Sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum Pietatem est Doctrinæ. *Is insanus est, nihil sciens,* sed insaniens circa Quæstiones ac Pugnas de Verbis; ex quibus nascitur *Invidia, Lis, Maledicentiæ, Suspiciones malæ.*

Expressam Formam teneto *sanorum Ser-*
2 Tim. 1. 13. *monum*, quos a me audisti, cum Fide & Charitate, quæ est in Christo Jesu.

Q. *Quinam est Præceptum illud magnum*
Charitas *à Christo Discipulis suis traditum, ex quo etiam illi tales esse declarantur, quod isidem ab Apostolis suis injungitur?*

R. Præceptum novum do vobis, ut *alii alios diligatis*, sicut, inquam, dilexi vos,
Jo. 13. 34. 35. ut vos etiam diligatis alii alios: Ex hoc omnes cognoscent vos esse Discipulos me-
Jo. 15. 12. 17. os, si *Charitatem habueritis alii in alios.* Hoc est Mandatum illud meum, ut *diligatis alii alios*, prout dilexi vos; Hæc Præcipio vobis, ut *diligatis alii alios.*

Estote igitur Imitatores Dei, ut Filii dilecti

dilecti; Et ambulate in Charitate, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, Oblationem & Victimam Deo, in Odorem bonæ Fragrantiæ. *Eph.* 5. 1. 2.

Si quis dixerit, diligo Deum, & Fratrem ſuum oderit, Mendax eſt. Qui enim *non diligit Fratrem ſuum*, quem vidit, Deum quem non vidit quomodo poteſt diligere? Et hoc Præceptum habemus ab eo, ut qui diligit Deum, *diligat etiam Fratrem ſuum.* 1 *Jo.* 4. 20. 21.

Q. *Eſtne Humilitas valdè neceſſaria Diſcipulis Chriſti cui oportet ſimiles fiamus, priuſquam ingredi poſſimus Regnum Cœlorum?* Humilitas.

R. Et dixit, Amen, dico vobis, niſi converſi fueritis, & fiatis *ut Pueruli*, nequaquam ingrediemini in Regnum Cœlorum: Quiſquis igitur *ſummiſerit ſeſe*, ſicut eſt Puerulus iſte, is eſt maximus ille in Regno Cœlorum. *Mat.* 18. 3. 4.

Q. *Num debeant Chriſtiani alii aliis dominari? Quam in hoc Caſu Regulam dat Chriſtus?*

R. Jeſus autem cum eos advocàſſet, ait, ſcitis Principes *Gentium* in eas dominari, & Magnates Poteſtatem exercere in eas; Verum *non ita erit inter vos*; ſed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, eſto veſter Miniſter; Et quicunque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter Servus;

Mat. 20. 25. 26. 27. 28. Sicut Filius Hominis non venit ut sibi ministretur, sed ut ministret, detque Animam suam in Redemptionis Pretium pro multis.

Q. *Quomodo ergo sunt Christiani in hoc Mundo?*

R. Ecce, ego mitto *vos ut Oves*, in Medium Luporum: estote igitur *prudentes* ut *Serpentes*, & *simplices* ut *Columbæ*.

Mat. 10. 16. *Luc.* 10. 3 Abite, ecce ego mitto *vos*, *ut Agnos* in Medium Luporum.

Afflictiones. Q. *Expectandæne igitur sunt à nobis Afflictiones & Persecutiones, dum hic degimus?*

R. Et eritis exosi omnibus propter Nomen meum, verum qui sustinuerit ad Finem usque, is servabitur.

Mat. 10. 22. *Mar.* 13. 13. *Luc.* 21. 17. *Jo.* 15. 18. 19. Si Mundus vos odit, scitis me, priusquam vos, illis *Odio habitum*. Si ex Mundo estis, Mundus quod suum est amaret; quia verò ex Mundo non estis, sed ego elegi vos ex Mundo, propterea *odit vos Mundus*

Jo. 16. 33. Hæc locutus sum vobis, ut in me Pacem habeatis, *in Mundo Afflictionem habebitis*; sed confidite, ego vici Mundum.

2 *Tim.* 3. 12. Sed & omnes qui volunt piè vivere in Christo Jesu *Persecutionem patientur*.

Q. *An extimiſcenda igitur à nobis eſt Perſecutio?* Perſecutio.

R. Et ne timete vobis ab iis, qui trucidant Corpus, Animam autem non poſſunt trucidare; *ſed timete potiùs* eum, qui poteſt & Animam, & Corpus perdere in Gehennà. *Mat.* 10. 28.

Dico autem vobis Amicis meis, *ne metuite* vobis ab iis, qui interimunt Corpus, & poſteà non habent quod amplius faciant. Præmonſtrabo autem vobis, quem *metuatis*; *metuite eum*, qui poſtquam interemit, Auctoritatem habet conjiciendi in Gehennam, utique, dico vobis, hunc metuite. *Luc.* 12. 4. 5.

Q. *Quodnam eſt Commodum alacriter Perſecutionem Patientis, & quod eſt Damnum eandem Vitantis.* Commoda.

R. Beati, quos perſequuntur Homines Juſtitiæ Causâ, quoniam *ipſorum* eſt Regnum Cœlorum. *Mat.* 5. 10

Sed & ſi quid perpetiamini propter Juſtitiam, *beati tamen eſtis*, cæterum metu eorum ne metuite, neque turbamini. Quiſquis igitur *agnoſcet me* coram Hominibus, *agnoſcam* & ego eum coram Patre meo, qui eſt in Cœlis: Quiſquis autem abnegaverit me coram Hominibus, *abnegabo* eum & ego, coram Patre meo qui eſt

in

in Cœlis: Qui amat Patrem aut Matrem *ſupra me*, non eſt me dignus, & qui amat Filium aut Filiam *ſupra me*, non eſt me dignus; Et qui *non accipit Crucem ſuam*, ac pone me ſequitur, non eſt me dignus; *Qui inverierit* Animam ſuam, *perdet eam*, et qui perdiderit Animam ſuam meâ Causâ, *inveniet eam.*

Mat. 10. 32. 33. 37. 38. 39.

Dico autem vobis, quiſquis me agnoverit coram Hominibus, Filius quoque Hominis agnoſcet eum coram Angelis Dei; Qui verò me abnegaverit in Conſpectu Hominum, abnegabitur in Conſpectu Angelorum Dei.

Luc. 12. 8. 9.

Tunc Jeſus dixit Diſcipulis ſuis, ſi quis vult pone me venire, *abdicet ſeipſum*, & attollat *Crucem ſuam*, ac ſequatur me: Quiſquis enim voluerit *Animam ſuam* ſervare, perdet eam, quiſquis autem perdiderit Animam ſuam, meâ Causâ, inveniet eam.

Mat. 16. 24. 25.

Si ſubſtiterimus, etiam *conregnabimus*, ſi abnegamus, & ille abnegabit nos.

2 Tim. 2 12.

Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum, & Matrem, & Uxorem, & Liberos, & Fratres, & Sorores, atque adeò etiam Animam ſuam, non poteſt meus eſſe Diſcipulus.

Dicebat autem omnibus, ſi quis vult me ſequi, *abdicet ſeipſum*, & *attollat Crucem*

ſuam

tam quotidiè ac ſequatur me. Quiſquis enim voluerit *Animam ſuam ſervare*, perdet eam; qui quis vero perdiderit Animam ſuam *meâ Causâ*, is ſervabit eam. *Luc. 9. 23. 24.*

Et cum advocàſſet Turbam cum Diſcipulis ſuis, dixit iis, quicunque vult pone me venire, *abdicet ſeipſum*, & *tollat Crucem ſuam* & me ſequatur, Quiſquis enim voluerit *Animam ſuam ſervare, perdet eam*; quiſquis autem perdiderit Animam ſuam *Causâ meâ* & Evangelii, is ſervabit eam. *Mar. 8. 34. 35.*

Q. *Certo certius eſt, ſecundum haſce Scripturas, oportere Chriſtianos pati Perſecutionem in hoc Mundo, tam in Perſonis quam in bonis, patienturne etiam in Famâ, reputandiè erunt Blaſphemi, Hæretici, & Decipientes?* Convitiati.

R. Non eſt Diſcipulus ſupra Doctorem, neque Servus ſupra Dominum ſuum; Sufficiat Diſcipulo ut ſit ſicut Doctor ipſius; & ut Servus ſit ſicut Dominus ipſius; Si ipſum Patrem Familias *Beelzebulem* vocitàrunt, quantò magis Domeſticos ejus? *Mat. 10. 24. 25.*

Beati eritis, cum vos *Convitiis affecerint*, & perſequuti fuerint, & Mentientes, dixerint quidvis Mali adverſus vos, propter me. *Mat. 5. 11.*

Tunc ſubjecerunt quoſdam, qui dicerent ſe audiviſſe eum loquentem Verba blaſphema-

Act. 6. 11. 12. blaſphema in *Moſen* & Deum. Commove runtque Plebem, & Seniores & Scriba & eum adorti, correptum adduxerunt i Concilium.

Et quum non inveniſſent eos, traxeru Act. 17. 6 *Jaſonem* & quoſdam Fratres ad Civitat Magiſtratus, vociferando, Iſti, qui *Orb Terrarum ſtatum ſubvertêrunt*, etiam hi adſunt.

Hoc vero tibi fateor, me ſecundum V Act. 24. 14. am illam, quam *Hæreſin dicunt*, ita colo re Patrium Deum, ut qui credam omni bus, quæ in Lege & in Prophetis ſcripta ſunt.

Infamati precamur, tanquam *Purgamen* 1 Cor. 4. 13. *ta* Mundi facti ſumus, & tanquam omnium *Ramentum* nunc uſque.

Per Gloriam & *Dedecus*, per *Convitia* 2 Cor. 6. 8. & Laudes; ut Impoſtores, & tamen Ve races.

Q. Ex Prælictis facillimè apparet qui Chriſtiani ſunt expectaturi Perſecutionem & Tribulationem; quodque ſemper ſunt Ove & nu quam Lupi; perſequuti & nu quam perſequentes; afflicti & non affligentes; Convitiis affecti, & non Convitiis afficientes; Conveniunè igitur ut Chriſtiani tantum abſint à perſequendo alios, ita ut pro perſequentibus eos orare debeant? Hoccine eſt Chriſti Præceptum?

Pro Perſequentibus vos orate.

Ego

R. Ego vero dico vobis, *Diligite* Inimicos veſtros, *benedicite* iis qui devovent vos, *benefacite iis qui* oderunt vos, & precamini pro iis qui vobis infeſti ſunt & perſequuntur vos. *Mat.* 5. 44.

Q. *Hæ cine fuerat Chriſti ipſius Praxis?* Chriſti Praxis.

R. Jeſus autem dicebat, *Pater, remitte hoc ipſis*; neſciunt enim quid faciunt. *Luc.* 23. 34.

Q. *Num in hoc pro exemplari ſequendus eſt Chriſtus?*

R. Nam ad hoc etiam vocati eſtis, quoniam & Chriſtus paſſus eſt pro vobis, relinquens *vobis Exemplar* ut *ſubſequeremini Veſtigia ipſius*: Qui non peccavit, nec inventus fuit Dolus in Ore ipſius. Qui Convitiis affectus, *non viciſſim convitiabatur*, quum Malis afficeretur, *non minabatur*; ſed committebat Cauſam ſuam ei, qui juſtè judicat. *1 Pet.* 2. 21. 22. 23.

Q. *Eſtnè in Scripturâ Mentio alicujus Sancti, qui in hoc Chriſti Exemplar ſequutus eſt?* ...et Stephani.

R. Poſitis autem Genibus, *clamavit* Voce magnâ, *Domine ne Statuas eis hoc Peccatum*, & cum hoc dixiſſet, obdormivit. *i. e. Stephanus. Act.* 7. 60

Q. *Ex hiſce igitur omnibus Scripturæ Locis appareat, Chriſtianitatem conſiſtere in Exercitio Timoris & Tremoris, Humilitatis, Patientiæ & Abnegationis ſui: Quid de talibus* Cavete de Spiritibus, qui decipitoribus.

libus existimandum est, qui magnam Religionis suæ Partem collocant in Abstinentia à Matrimonio, & quibusdam Cibis, in Angelorum Cultu; & aliis talibus voluntariæ Humilitatis actis?

R. Spiritus autem disertè dicit, fore ut Posterioribus præstitutis Temporibus de-
1 *Tim.* 4. 1, 2. 3. sciscant quidam à Fide, attenti Spiritibus deceptoribus, ac Doctrinis Dæmoniorum; Per Hypocrisin falsiloquorum, quorum Conscientia cauterio resecta est. *Prohibentium contrahere Matrimonium, Jubentium abstinere a Cibis*, quos Deus condidit ad participandum cum Gratiarum Actione, Fidelibus & iis qui nôrunt Veritatem.

Nemo adversum vos rectoris Partes sibi
Coloss. 2. 18. ultro sumat, in Submissione Animi, & *religioso Cultu Angelorum*: Pedem inferens in ea, quæ non vidit, & temerè inflatus Carnis suæ intelligentiâ.

Cap. 13.

CAP. XIII.

De Magistratu.

Qu. *QUODNAM est Magistratûs Officium?*

Dixit

R. Dixit Deus *Israëlis*, mihi locuta est Rupes *Israëlis*, qui dominatur Hominibus iſtis *juſtus eſto*, dominans in *Timore Domini*. 2 Sam. 23. 3.

Q. Quid loquitur Scriptura de Officio talium, qui ſub Authoritate ſunt? Subjectio

R. Omnis Anima poteſtatibus ſupereminentibus *Subjecta eſto*, non enim eſt Poteſtas niſi à Deo; & quæ ſunt Poteſtates, ſunt à Deo ordinatæ. Itaque quiſquis obſiſtit *Poteſtati, Dei Ordinationi obſiſtit*, qui autem obſiſtunt, ipſi ſibi Condemnationem afferent. Nam Magiſtratus non ſunt metui bonis Operibus, ſed malis; vis autem non metuere Poteſtatem? quod bonum eſt facito, & Laudem ab ipsâ obtinebis. *Dei enim Minister eſt tuo bono*; quod ſi feceris quod malum eſt, metue; non enim fruſtrà Gladium gerit; nam Dei Miniſter eſt, Vindex ad Iram ei, qui, quod malum eſt, fecerit: Quapropter neceſſe eſt ſubjici, non ſolum propter Iram ſed etiam *propter Conſcientiam*. *Rom.* 13 1. 2. 3. 4. 5.

Proinde ſubjecti eſtote *cuivis humanæ Ordinationi propter Dominum*: ſive Regi, ut ſupereminenti; Sive Præſidibus, ut qui per eum mittantur; tum ad Ultionem Facinoroſorum; tum ad Laudem bene agentium. Quoniam ita eſt Voluntas Dei, ut bene 1 *Pet.* 2. 13. 14. 15.

bene agendo Os obſtruatis Deſipientum Hominum Ignorantiæ.

Tributum. Q. *An ſolvendum eſt eis Tributum?*

R. Propter hoc enim etiam *Tributa ſolvitis*: ſiquidem Miniſtri Dei ſunt in hoc ipſum incumbentes, Reddite igitur omnibus quod debetis, *Cui Tributum debetur, Tributum: cui Veſtigal, Veſtigal*: cui Timorem, Timorem: cui Honor, Honorem.

Rom. 13 6. 7. *Vide Mat.* 22 21.

Obedientia. Q. *Numquid tenemur Magiſtratibus obedire in talibus, quæ in Mentibus perſuadent Contraria eſſe Mandato Chriſti?*

R. Itaque vocatis ipſis denunciârunt nè omnino loquerentur, neve docerent in Nomine Jeſu: *Petrus* autem & *Johannes* reſpondentes dixerunt eis, *An juſtum ſit in Conſpectu Dei, vobis potiùs auſcultare, quam Deo, judicate*; *Non enim poſſimus* nos, quæ vidimus & audivimus, *non loqui*. Adductos igitur eos ſtatuêrunt in Concilio: & interrogavit eos Pontifex maximus, dicens, nonne etiam atque etiam mandavimus vobis ne doceretis in Nomine iſto? & ecce, repleviſtis *Hieroſolymam* Doctrina veſtra, & vultis in nos inducere Sanguinem Hominis iſtius: Reſpondens autem *Petrus* & Apoſtoli dixerunt, *Obedire oportet Deo potius quam Hominibus*.

Act. 4. 18, 19, 20.

Act. 5. 27. 28. 29.

Q. *Quomodo ſeſe gerere debeant Magiſtra-*

tus

tus in talibus Casibus, secundum Consilium sapientis Gamalielis? Moderatio.

R. Surgens autem in Concilio quidam *Pharisæus* Nomine *Gamaliel, Legis-Doctor*, quem totus Populus in pretio habebat, jussit ut paulisper abducerent foràs Apostolos. Et dixit illis, Viri *Israëlitæ*, attendite Animum vobis ipsis, quod ad istos Homines attinet, quid facturi sitis. Nunc itaque dico vobis, *abscedite ab Hominibus istis*, & missos ipsos facite; quoniam si est ex Hominibus Consilium hoc, sive Opus istud, dissolvetur, *Sin ex Deo est, non potestis illud dissolvere*, & videte, ne etiam cum Deo pugnare reperiamini. *Act.* 5. 34. 35. 38. 39.

Q. *Quodnam Mandatum dat Christus Populo suo sub Evangelio de hâc Re? quomodo ille suum monstrat Officium sub Parabolâ Zizaniorum?* Zizania.

R. Accedentes autem Servi Patris Familias, dixerunt ei, Domine, nonne bonum Semen sevisti in tuo Agro? unde ergo habet Zizania? ille vero dixit eis, Inimicus quispiam hoc fecit; Servi autem dixerunt ei, vis igitur abeamus & colligamus ea? At ille dixit, *Non, ne colligendo, Zizania, eradicetis simul cum iis Triticum.* *Mat.* 13. 27. 28. 29.

Q. *Nonne per hæc Zizania Impios intelligit, quos non oportet Pios excidere, nè per Errorem* Zizania sive Impii.

Errorem bonis lædant, ſed ut hoc faciendum Deo per Angelos linquant?

R. Ager autem eſt Mundus; bonum verò Semen, ſunt Filii Regni: Zizania verò ſunt Filii illius Mali: Inimicus autem, qui ſeminavit ea, eſt Diabolus: Meſſis verò Conſummatio Seculi eſt; Meſſores autem Angeli ſunt. Sicut ergò colliguntur Zizania, & Igni exuruntur; ita erit in Conſummatione Seculi hujus. Mittet Filius Hominis Angelos ſuos, qui colligent ex ipſius Regno omnia Offendicula, & eos qui dant Operam Tranſgreſſioni Legis.

Mat. 13. 38. 39. 40. 41.

Cap. 14.

CAP XIV.

De Reſurrectione.

Qu. *QUID dicit Scriptura de Mortuorum Reſurrectione?*

R. Et Spem habeam in Deo, fore quam etiam ii ipſi exſpectant, *Reſurrectionem Mortuorum*, tum Juſtorum tum Injuſtorum.

Act. 24. 15.

Q. *In quem diſtinctum & differentem Finem reſuſcitabuntur Boni à Mortuis.*

R. Ne hoc miramini, nam veniet Hora, quâ omnes, qui in Monumentis ſunt, audient

diem

audient Vocem ejus: Et prodibunt qui bona fecerint, *In Resurrectionem Vitæ*, qui verò mala egerint, *in Resurrectionem Condemnationis.* Jo. 5. 28. 29.

Q. *Quid respondendum est Interrogantibus quomodo Mortui resuscitati sunt & cum quo Corpore?*

R. *Despiens*, quod tu seris non vivescit, nisi mortuum fuerit; Et quod seris, non Corpus oriturum seris; sed nudum Granum, si Casus tulerit, Tritici, aut alicujus ex reliquis Seminibus; Sed Deus ei dat Corpus ut voluit, & singulis Seminibus suum Corpus: Non omnis Caro, eadem Caro, sed alia quidem Caro Hominum, alia autem Caro Pecorum, alia autem Piscium, alia vero Volucrum. Et sunt Corpora cœlestia, & sunt Corpora terrestria; sed alius quidem cœlestium Decor, alius verò terrestrium: Alius Decor Solis, & alius Decor Lunæ, & alius Decor Stellarum, Stella enim Stellæ præstat Decore: *Ita erit & Resurrectio Mortuorum*; seritur Corpus cum Corruptione, suscitatur cum Incorruptione; Seritur Fœdum, suscitatur cum Gloria; seritur omnium Virium Expers, suscitatur Potens; seritur Corpus *animale*, *suscitatur Corpus spirituale*; Est Corpus animale, & est Corpus spirituale. 1 Cor. 15 36. ad 45.

Videtur

Q. *Videtur Apoſtolus eſſe perquàm poſitivus & expreſſus, non eſſe illud naturale Corpus, quod nunc habemus, quod reſurget; ſed Corpus ſpirituale: Sed quare hoc Corpus naturale Carnis non reſurgit?*

R. Hoc autem dico Fratres, *Quia Caro & Sanguis non poſſunt Regni Dei Hæreditatem conſequi*, neque Corruptio Hæreditatem Incorruptibilitatis conſequetur. Ecce Myſterium vobis dico, non omnes quidem obdormiemus; ſed omnes mutabimur, momento, & Jactu Oculi, ad ultimam Tubam; canet enim Tuba, & Mortui excitabuntur Incorrupti, & nos mutabimur: oportet enim corruptibile iſtud induere *Incorruptibilitatem*, & mortale iſtud induere *Immortalitatem*: Poſtquam autem hoc corruptibile induerit Incorruptibilitatem, & mortale iſtud induerit Immortalitatem, tum fiet illud quod ſcriptum eſt, Abſorpta eſt Mors ad Victoriam. Ubi tua, ô Mors, Victoria? Ubi tuus, ô Sepulchrum, Aculeus?

1 *Cor.* 15 50. *ad* 55.

CAP. XV.

Ad Fidei Confessionem brevis Introductio.

JAM satis copiosè & evidentèr (ut opinor) præcipuam Operis Partem perfeci, quod in hoc Tractatu *promisi, in eo quòd amplam* Doctrinarum *nostrarum Narrationem in ipsis sacrarum Literarum Verbis dedi, quibus etiam obviatum est* Objectionibus, *quæ in nos fortiores videntur. Nunc ad* Fidei Confessionem *progredior, in quâ brevitèr agam, quoniam non expedit quæ anteà, iterum omnia repetere, quod si necesse erit, haud difficile foret; Sed quoniam* Fidei Confessio *postulat* affirmativam Declarationem *alicujus Fidei, potius quam* Objectionum *Solutionem (quæ enim ad Disceptationem spectant, & magis propriè & aptè in* Catechismo *agunturi) sic ideo hoc Loco feci; necesse mihi fuit aliquando quædam Vocabula Coæsionis Causâ inserere, ut aliquando (Et) aliquando (Igitur cæteraque id Genus Adverbia & Conjunctiones, non tam ut quis Additionem textui aut Commentarium dicat. Quæ etiam ne Carptoribus Criticis ullus detur alteram*ai

tercandi Locus, diverſo Charactere nota
ſunt: hunc Modum agendi, eò magis nemi
nem in me redarguere poſſe exiſtimo, quod i
dem fecerint omnes, quos unquam obſervavi
Bibliorum Interpretes, ad Hebræorum &
Græcorum Textuum defectus ſupplendum
Præterea niſi incongruè contra Syntaxin *pec*
caverim, neceſſe mihi etiam fuit aliquand
Modum, *aliquando* Perſonam Verbi *mutare*
in quibus omnibus Locis, quiſquis æquo Ani
mo inſpexerit, facile obſervabit nihil ex pro
poſito mutandi Verborum *Senſum factum eſſe*
V. G. *ubi ait Chriſtus,* Ego ſum Lux Mun
di, *num mihi ſcribenti congruum foret, ſic*
Ego ſum Lux, *vel poſſit Propoſito meo videri*
contradictio, ſi ſcribam (Chriſtus eſt Lux)
ubi tertia Perſona ponitur pro primâ; Ali
quando etiam Pronuncio quæ neceſſariò in
telliguntur, ut ubi Apoſtolorum aliqui aiunt
(Nos) *ibi pro* (Nos) *pono* (Apoſtoli) *& ubi*
aiunt (Vos) *loquentes ad Sanctos, ibi pono*
(Sancti) *quoniam Sententiarum Connexio id*
aliquando poſtulat, ut in primo Articulo, *F*
fo. 1. 5. *quod etiam ſupradicti Scripturarum*
Interpretes in Verſionibus ſuis frequentiſſimè
agunt. Igitur, licet hæc Apologia Lectori
docto & amico non videretur omnino neceſſa
ria, quia tamen ſunt quibus vel minima Cau
ſa eſt Altercationis Argumentum, ubi realis
deeſt; ad hos Redarguendos, hæc Præfatiun
cula præpoſita eſt.

CAP. XVI.

Confessio Fidei Articulos Viginti tres continens.

ARTICULUS. I.

De Deo, ejusque verâ & salutiferâ Cognitione.

UNUS est Deus, (a) Qui est Spiritus. (b) Et hoc est Nuncium quod *Apostoli* audiverunt ex ipso, & renunciarunt *Sanctis*, Deum Lucem esse, nec Tenebras in eo esse ullas: (c) Nam Tres sunt qui testificantur in Cœlo, Pater, Sermo, & Spiritus sanctus: Et hi tres Unum sunt: (d) Pater est in Filio, & Filius est in Patre: (e) Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quispiam novit, nisi Filius, & cui-cunque voluerit Filius retegere: (f) Spiritus enim omnia scrutatur, etiam Profunditates Dei: (g) *Nam* ea, quæ sunt Dei, nemo novit, nisi Spiritus Dei; *Sancti enim* receperunt non Spiritum Mundi; sed Spiritum

a *Eph.* 4. 6. 1 *Cor* 8. 4.
b *Joh.* 4. 24.
c 1 *Jo.* 1. 5.
d 1 *Jo.* 5 7.
e *Jo.* 10. 38. *Jo.* 14. 10. 11
Jo. 5. 25
f *Mat.* 11 27. *Luc.* 10. 22.
g 1 *Cor*, 2. 10.

b 1 *Cor.* 2. 11. 12. ritum qui eſt ex Deo, ut ſciant quæ Deus eſt iis gratificaturus: (*b*) Nam Advocatus ille, id eſt, Spiritus ſanctus, quem *i* 1 *Jo.* 14. 26. mittet Pater in *Chriſti* Nomine, ille docebit illos omnia, & ſuggeret iis omnia quæ *Pater* dixit iis. (*i*)

ART. II.

De Duce & Regulâ Chriſtianorum

CHRISTUS rogavit Patrem, & ditque *Sanctis* alium Advocatum, qui *k Jo.* 14. 16. 17. manſurus fuit illiſcum in Æternum, nempe *Spiritum* illum Veritatis, quem Mundus non poteſt recipere; quia non conſpicit eum nec novit eum: *Sancti* autem nôrunt eum quia apud eos manet, & futurus eſt in iis (*l*) *l Rom.* 8. 9. 14. Quod ſi quis Spiritum Chriſti non habet, is non eſt ejus. Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt Filii Dei: (*l*) Hoc enim eſt Pactum, quod Deus *Nunc* Pactus eſt Domui *Iſraelis*, indidit Leges ſuas Mentibus eorum, & Cordibus eorum inſcripſit; *m Heb.* 8. 10. 11. omneſque à Deo docti ſunt: (*m*) Et Unctio *n* 1 *Jo.* 2. 6. 27. quam acceperunt ab eo, manet in iis; nec neceſſe habent ut quiſpiam doceat eos, verùm ſicut eadem Unctio docet eos de omnibus, quæ & verax eſt, & non Mendax. (*n*)

A R

ART. III.

De Scripturis.

QUÆ antè Scripta ſunt, ad noſtram Doctrinam antè ſcripta ſunt; ut per Tolerantiam & Conſolationem Scripturarum Spem habeamus: (o) Quæ poſſunt Sapientem reddere ad Salutem, per Fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu: Cum omnis Scriptura divinitus inſpirata,* ſit utilis ad Doctrinam, ad Redargutionem, ad Correctionem, ad Diſciplinam in Juſtitiâ, ut perfectus ſit Homo Dei, ad omne Opus bonum perfectè inſtructus: (p) Nulla Prophetia Scripturæ propriæ explicationis; non enim Libitu Hominis allata eſt olim Prophetia; ſed acti a Spiritu ſancto loquuti ſunt ſancti Dei Homines (q)

(o) *Rom.* 15. 4.

(p) *2 Tim.* 3. 15, 16, 17.

(q) *2 Pet.* 1. 20, 21.

ART. IV.

De Divinitate Chriſti, & Eſſe ſuo ab Initio.

IN Principio erat Sermo ille, & Sermo ille erat apud Deum, eratque ille Ser-

F 2 mo

* Græce Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, Omnis Scriptura divinitus inſpirata, Verbum [ſit] ante inſpirata eſt ſupplementum, & poni debet ante Utilis, omiſſa

mo Deus; hic Sermo erat in Principio apud Deum; Omnia per hunc Sermonem
r Jo. 1. 1 2, 3. facta sunt, & absque eo factum est nihil quod factum sit: (r) Cujus Exortus inde
s Mic. 5. 2. à Principio, à Diebus Seculi sunt: (s)
t Eph. 3. 9. *Nam Deus* omnia condidit per Jesum Christum: (t) Qui cum esset in Formâ Dei, non
u Phil. 2. 6. duxit esse Rapinam parem esse cum Deo (u)
x Isa. 9. 6. Et Nomen ejus vocatur admirabilis Consiliarius, Deus fortis robustissimus, Pater
y Col. 1. 15. Æternitatis, Princeps Pacis: (x) Qui est Imago Dei invisibilis, & Primogenitus omnis Rei conditæ: (y) Effulgentia Gloriæ
z Heb. 1 3. Patris, & Character Substantiæ illius: (z)
a Rev. 19. 13. Qui amictus erat Veste tinctâ Sanguine; vocaturque Nomen ejus Sermo ille Dei (a)
b Col. 2. 3. In quo sunt omnes Thesauri Sapientiæ & Notitiæ absconditi. (b)

ART. V.

De Apparitione Christi in Carne.

c Jo. 1. 14. SERMO ille factus est Caro: (c) Non enim utique Angelos assumpsit, sed
d Heb. 2. 16, 17. Semen *Abrahami* assumpsit, unde per omnia debuit Fratribus similis fieri: (d)
Affectus Sensu infirmitatum nostrarum &
in omnibus tentatus similiter, absque ta-
m

men Peccato: (*e*) Mortuus est pro Peccatis nostris, secundum Scripturas, Et sepultus est, & suscitatus tertio Die, secundum Scripturas. *e Heb.* 4. 15. *f* 1 *Cor.* 15. 3, 4.

ART. VI.

De Fine & Usu illius Apparitionis.

DEUS misit suum ipsius Filium in Formâ consimili Carni Peccato obnoxiæ, idque pro Peccato condemnavit Peccatum in Carne: (*g*) Ad hoc manifestus factus est Filius Dei ut dissolvat Opera Diaboli: (*h*) Patefactus ut Peccata nostra tolleret: (*i*) Tradidit *enim* semetipsum pro nobis Oblationem ac Victimam Deo, in Odorem bonæ Fragrantiæ: (*k*) Nactus pro nobis æternam Redemptionem: (*l*) Et per Spiritum æternum seipsum obtulit inculpatum Deo, ad purgandum Conscientias nostras à mortuis Operibus ad colendum Deum vivum: (*m*) Ille erat Agnus mactatus, jam inde à Jacto Mundi fundamento: (*n*) Ex *quo* omnes biberunt Patres, bibebant enim ex sequente spirituali Petrâ, Petra verò illa erat Christus. (*o*) Christus etiam passus est pro vobis, *g Rom.* 8 3. *h* 1 *Jo.* 3. 8. *i* 1 *Jo.* 3. 5. *k Eph.* 5. 2. *m Heb.* 9 12. 14. *n Re.* 5. 12. & 13 8. *o* 1 *Cor.* 10. 1, 2, 3. 4.

p 1 Pet. 2. 21. relinquens vobis Exemplar ut ſubſequeremini Veſtigia illius: (p) *Nam* circumferenda eſt in Corpore Mortificatio Domini Jeſu, ut etiam Vita illa Jeſu in Corpore noſtro manifeſta fiat, ſemper traditi Morti propter Jeſum, ut etiam Vita Jeſu manifeſta fiat in Carne noſtrâ mortali: (q) Ut cognoſcamus eum & Vim Reſurrectionis ejus, & Communionem Perpeſſionum ejus, dum conformes ſimus Morti ejus. (r)

q 2 Cor. 4. 10. 11.

r Phil. 3. 10.

ART. VII.

De internâ Chriſti Manifeſtatione.

DEUS habitat cum eo qui attritus eſt demiſſuſque Spiritu: (ſ) Dixit enim habitabit in iis & inambulabit (t) Et *Chriſtus* ſtat ad Oſtium & pulſat, ſi quis audierit Vocem ejus & aperuerit Oſtium ingredietur ad eum, & cœnabit cum eo, & ipſe ſecum: (u) *Ideoque debemus* examinare & explorare noſmetipſos, agnoſcentes Jeſum Chriſtum in nobis eſſe, niſi rejectanei ſimus: (x) Nam hæ ſunt Divitiæ glorioſi hujus Myſterii, quod voluit Deus Notum facere inter Gentes (vel potius in Gentibus) qui eſt Chriſtus inter vos (vel in vobis) Spes illa Gloriæ. (y)

ſ Iſa. 57 15.

t 2 Cor. 6 16.

u Rev. 3. 20.

x 2 Cor. 13. 5.

y Col. 1. 27.

ART.

ART. VIII.

De novo Partu.

NISI quis genitus sit iterum, non potest videre Regnum Dei: (a) *Debemus igitur* exuere veterem illum Hominem cum Factis suis, & induere novum illum Hominem, qui renovatur in Agnitionem congruentem Imagini ejus qui ipsum condidit, & qui secundum Deum conditus est in Justitiâ & Sanctimoniâ veritatis: (b) Itaque nos posthac neminem novimus secundum Carnem: Quod si etiam novimus Christum secundum Carnem, nunc tamen non amplius novimus; si quis igitur est in Christo, nova Res condita est, vetera præterierunt, ecce nova facta sunt omnia: (c) *Nam tales* induerunt Dominum Jesum Christum & renovati sunt Spiritu Mentis: (d) Nam tot, quot fuerunt baptizati in Christum, Christo induti sunt (e) Regeniti non ex Semine corruptibili, sed incorruptibili, id est, per Sermonem Dei vivi, & manentis in Æternum: (f) Et in nihilo gloriantur nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem Mundus crucifixus est, & illi Mundo: (g) Nam,

a Jo. 3. 3.

b Col. 3. 9, 10. Ep. 4. 22, 24.

c 2 Cor. 5. 16, 17. Rom. 13. 14.

d Eph. 4. 23, 24.

e Gal. 3. 27.

f 1 Pet. 1. 23.

g Gal. 6. 14.

b Gal. 6. 15. in Christo Jesu neque Circumcisio quic. quam valet neque Præputium, sed nova Creatura. (*b*)

ART. IX.

De Unitate Sanctorum cum Christo

i Heb. 2. 11. IS qui sanctificat, & ii qui sanctificantur ex uno sunt omnes: (*i*) *Nam* per maxi. ma illa & pretiosa Promissa iis donata, ei. ficiuntur divinæ Naturæ Consortes: (*k*) *Quocirca ob hunc Finem* rogavit Christus ut omnes unum sint, sicut *Pater* est in eo, & ille est in Patre, ut & ipsi in iis unum sint; et Gloriam quam acceperat a Patre, dedit iis, ut sint unum, sicut & Pater & ille unus est: *Christus in Sanctis, & Pater in Christo*, ut sint consummati in unum. (*l*)

k 2 *Pet.* 1. 4.

l Jo. 17. 21, *ad* 23

ART. X.

De universali Amore & Gratia Dei erga omnes.

DEUS ita dilexit Mundum, ut Filium suum illum unigenitum dederit, ut

quiſquis credit in eum non pereat, ſed habeat Vitam æternam: (m) Et in hoc manifeſta facta eſt Charitas Dei in nos, quod Filium ſuum illum unigenitum miſit Deus in Mundum, ut vivamus per eum: (n) *Ita ut* ſi quis peccavit, Advocatum apud Patrem habemus Jeſum Chriſtum juſtum; Et ipſe eſt Propitiatio pro Peccatis noſtris: (o) nec pro noſtris ſolum; ſed etiam pro totius Mundi Peccatis: (o) *Nam* Beneficio Dei pro omnibus Mortem gustavit: (p) Et dedit ſeipſum Redemptionis Pretium pro omnibus, Teſtimonium illud præſtitutis ſuis Temporibus deſtinatum: (q) Qui omnes Homines vult ſervari & ad Agnitionem Veritatis venire: (r) Nolens ullos perire; ſed omnes ad Reſipiſcentiam tendere: (s) Non enim miſit Deus Filium ſuum in Mundum, ut damnet Mundum; ſed ut ſervetur Mundus per eum: (t) *Et Chriſtus* venit Lux in Mundum, ut quiſquis credit in eum non maneat In Tenebris: (u) Nempe igitur ſicut per unam Offenſam reatus venit in omnes Homines ad Condemnationem, ita per unam Juſtificationem, Beneficium redundavit in omnes Homines ad Juſtificationem Vitæ. (x)

m *Jo.* 3. 16,
n 1 *Jo.* 4. 9.
o 1 *Jo.* 2. 1, 2.
p *Heb.* 2 9.
q 1 *Tim.* 2. 6.
r 1 *Tim.* 2. 4.
s 2 *Pet.* 3, 9.
t *Jo.* 3. 17.
u *Jo.* 12 46.
x *Ro.* 5. 18.

ART. XI.

De Luce illuminante unumquemque Hominem.

EVANGELIUM prædicatum erat omni Creaturæ quæ ſub Cœlo eſt (*a*) Quod Evangelium eſt Potentia Dei ad Salutem cuivis credenti: (*b*) Et ſi opertum ſit, iis qui pereunt opertum eſt, in quibus Deus hujus Seculi excœcavit Mentes, nempe Infidelibus, ne irradiet eos Illuſtratio Evangelii Gloriæ Chriſti (*c*) Et hæc eſt Condemnatio quod Lux venit in Mundum, ſed dilexerunt Homines potius Tenebras quam Lucem, quia ſunt eorum mala Opera: (*d*) Hic erat Lux illa vera quæ illuminat omnem Hominem venientem in Mundum: (*e*) Quà omnia quæ à Luce arguuntur manifeſta fiunt; Lux enim illud eſt, quod omnia facit manifeſta: (*f*) Quiſquis quæ mala ſunt agit, odit Lucem, nec venit ad Lucem, nè arguantur Opera ipſius. Qui vero dat Operam Veritati, venit ad Lucem, ut manifeſta fiant Opera ipſius, quod ſecundum Deum facta fuerint: (*g*) Et illi qui in Luce am-

a Col. 1 23.
b Rom. 1 16.
c 2 Cor. 4. 3, 4.
d Jo. 3. 19.
e Jo. 1. 9.
f Eph. 5. 13.
g Jo. 3. 20. 21.

bulant,

bulant, ſicut *Chriſtus* eſt in Luce, Communionem habent alii cum aliis, & Sanguis Jeſu Chriſti Filii ejus purificat eos ab omni Peccato: (*k*) *Debemus* itaque dum Lucem habemus, credere in Lucem, ut Filii Lucis fiamus: (*i*) *Ideo* hodie ſi Vocem ejus audire volumus, ne obduremus Corda noſtra. (*k*) *Nam* Chriſtus flevit ſuper Urbe *Jeruſalem*, dicens. Si vel tu nôſſes. hoc ſaltem tuo Die, quæ ad Pacem tuam pertinent; ſed ea nunc occulta ſunt Oculis tuis. (*l*) Et ſæpe voluiſſet congregare Liberos ejus, quemadmodum Gallina congregat Pullos ſuos ſub Alis, ſed noluerunt. (*m*) Duri *enim* cervice, & incircumciſi Corde & Auribus, ſemper ſpiritui illi ſancto obnituntur. (*n*) Et ſunt inter Rebellantes adverſus Lucem. (*o*) Quapropter Spiritus Dei non diſceptabit pro Hominibus iſtis, in Seculum. (*p*) Revelatur enim Ira Dei de Cœlo ſuper omnem Impietatem & Injuſtitiam Hominum qui Veritatem in Injuſtitiâ detinent. (*q*) Quia id quod de Deo cognoſci poteſt manifeſtum eſt in ipſis; Deus enim iis manifeſtum fecit. (*r*) Et unicuique datur Declaratio (vel Manifeſtatio) Spiritûs ad Utilitatem. (*s*) Illuxit enim Gratia illa Dei Salutifera * quibuſvis Hominibus, Erudiens

h 1 *Jo.* 1. 7.
i *Jo.* 12. 36.
k *H.b.* 4. 7.
l *Luc.* 19. 42.
m *Mat.* 23. 37.
n *Act.* 7. 51.
o *Job.* 24. 13.
p *Gen.* 6. 3.
q *Ro.* 1. 18.
r *Ro.* 1. 19.
s 1 *Cor.* 12. 7.

* Græce, πᾶσιν, omnibus.

Erudiens nos ut abnegatà Impietate, & mundanis Cupiditatibus, temperanter & juſtè & piè vivamus in præſenti Seculo. (t) Et hic Sermo Gratiæ ipſius poteſt vos ſuperſtruere & dare vobis quod Hæreditatem Jure poſſideatis cum ſanctificatis omnibus. (u) Vivus enim eſt Sermo Dei & Efficax & Penetrantior quovis Gladio ancipiti, & pertingit uſque ad Diviſionem Animæ ſimul ac Spiritûs, compagumque & Medullarum & dijudicat Cogitationes & conceptus Cordis. (x) *Is eſt ille* firmior Sermo Propheticus, quem bene facitis quòd attenditis, velut Lucernam ſplendentem in obſcuro Loco, uſque dum Dies illuxerit, & Lucifer exoriatur in Cordibus veſtris. (y) Hocque eſt Verbum illud Fidei quod *Apoſtoli* prædicàrunt, quod propè eſt in Ore & in Corde. (z) *Nam* Deus, qui dixit, ut e Tenebris Lux ſplendeſceret, is eſt qui ſplenduit iu Cordibus noſtris, ad præbendum Lucem Notitiæ Gloriæ Dei in Facie Jeſu Chriſti: Habemus autem Theſaurum hunc in Teſtaceis vaſculis, ut hæc hujus Potentiæ Supereminentia ſit Dei & non ex nobis. (a) Regnum enim Dei non venit cum Obſervatione: Sed eſt intùs in Homine. (b)

t *Tit.* 2. 11, 12.
u *Act.* 20 32.
x *Heb.* 4. 12.
y 2 *Pet.* 1. 19.
z *Rom.* 10. 8.
a 2 *Cor.* 4. 6. 7.
b *Luc* 17. 20, 21.

ART.

ART. XII.

De Fide & Justificatione.

FIDES est illud quo subsistunt quæ sperantur, & quæ demonstrat quæ non cernuntur: Absque quâ fieri non potest ut quisquam sit Deo gratus. (a) *Ideoque* Fide justificamur, quæ per Charitatem Efficax est. (b) Nam cum Fides sine Operibus sit mortua, ex Operibus ad Finem perducta est. (c) Ex Operibus Legis nulla Caro justificabitur. (d) Neque ex Operibus Justitiæ quæ fecimus nos; sed ex suâ Misericordiâ servavit nos, per Lavacrum Regenerationis et Renovationis Spiritûs sancti. (e) Nam & abluti, sanctificati, & justificati sumus in Nomine Domini Jesu & per Spiritum Dei nostri. (f)

a *Heb.* 11. 1, 6.
b *Gal.* 5, 6.
c *Ja.* 2. 20, 22. 26.
d *Rom.* 3. 20.
e *Tit.* 3. 5. 6, 7.
f 1 *Cor.* 6. 11.

ART. XIII.

De Bonis Operibus.

SI secundum Carnem vixerimus, futurum est ut moriamur; sed si Spiritu Actiones

g Rom. 8 13. tiones Corporis mortificemus, vivemus. (g) *Illi enim* qui credunt Deo curent bene a
h Tit. 3. 8 gendo præire. (h) Reddet namque Deus
i Mat. 16 27. unicuique secundum Facta ipsius. (i) *Secundum* rectum Judicium suum, iis, qui
per Tolerantiam quærunt boni Operis
k Ro. 2. 6 7, 10. Gloriam & Honorem & Incorruptibilitatem, Vitam Æternam. (k) *Tales namque*
l 2 Thes. 1. 5. digni habiti sunt Regno Dei. (l) Et non abjiciunt Liberam suam Professionem quæ
m Heb. 10. 35. magnam habet Præmii Retributionem. (m) Beati *ergo* qui præstant ejus Præcepta:
n Rev. 22. 14. ut sit eis Jus in Arborem Vitæ, & per Portas ingrediantur in Civitatem. (n)

ART. XIV.

De Perfectione.

o Rom. 6. 14. PECCATUM *tali ut* non dominabitur, qui non sunt sub Lege, sed sub Gratia. (o) Nulla igitur est Condemnatio iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non
p Rom. 8 1, 2, 3. secundùm Carnem ambulant, sed secundùm Spiritum; nam Lex Spiritûs Vitæ, qui est in Christo Jesu, liberat à Lege Peccati & Mortis. (p) *Tales enim* mortui sunt Peccato & vivi Justitiæ, & liberati

à Peccato

à Peccato Servi facti ſunt Juſtitiæ. (q) *Debemus itaque* perfecti eſſe, ut Pater noſter qui eſt in Cœlis perfectus eſt. (r) Jugum enim *Chriſti* facile eſt & Onus ejus leve. (s) Et Præcepta ejus gravia non ſunt. (t) Et quicunque vult Vitam ingredi, oportet ut ſervet Mandata. (u) Per hoc ſcimus quod *Deum* novimus, ſi Præcepta ipſius obſervemus: Qui dicit, novi eum, & Præcepta ejus non obſervat, Mendax eſt, & in eo Veritas non eſt. (x) Quiſquis in eo manet, non peccat, quiſquis peccat non vidit eum, neque novit eum: Nemo vos ſeducat; qui exercet Juſtitiam juſtus eſt, ſicut ille juſtus eſt; Qui dat Operam Peccato ex Diabolo eſt; quiſquis natus eſt ex Deo, Peccato non dat Operam; quoniam Semen ipſius in eo manet: nec poteſt peccare, eò quod ex Deo natus eſt. (y) *Nam* non quiſquis dicit mihi, Domine, Domine, introibit in Regnum Cœlorum, ſed qui facit quod vult Pater meus qui eſt in Cœlis. (z) Circumciſio nihil eſt & Præputium nihil eſt, ſed Obſervatio Præceptorum Dei. (a)

q *Rom.* 6 2, 18. 1 *Pet.* 2. 24. r *Mat.* 5. 48. s *Mat.* 11 30. t *Jo.* 5. 3. u *Mat* 19 17. x 1 *Jo.* 2. 3, 4. y 1 *Jo.* 3. 6, 7, 8. 9 z *Mat.* 7. 21. a 1 *Cor.* 7. 19.

ART.

ART. XV.

De Perſeverantiâ & Lapſu à Gratiâ.

STUDERE debemus Vocationem & Electionem noſtram firmam facere; hæc ſi fecerimus nunquam impingemus. (a) *Nam & ipſe Paulus* Corpus ſuum contudit, & in Servitutem redegit, ne quo modo quum aliis prædicaret, ipſe rejectaneus fieret. (b) Videamus igitur ne quando ſit in ullo noſtrûm Cor malum incredulum, deſciſcendo a Deo vivo. (c) Studeamus ſimiliter ingredi in illam Requiem, ne quis in idem incidat Contumaciæ Exemplum. (d) Nam fieri non poteſt, ut qui ſemel fuerint Illuminati, guſtaverintque Donum illud cœleſte, & Participes facti fuerint Spiritûs ſancti, guſtaverintque bonum Dei Verbum ac Virtutes futuri Seculi; Si prolabantur, denuò renoventur ad Reſipiſcentiam. (e) Is enim qui in Chriſto non manet, ejectus eſt & areſcet. (f) Vincentes tamen faciet ut ſint Columnæ in Templo Dei ſui, nec foras egredientur amplius. (g) Hique perſuaſi ſunt

a 2 Pet. 1. 10.
b 1 Cor. 9. 27.
c Heb. 3. 12.
d Heb. 4. 12.
e Heb. 6. 4. 5. 6.
f Jo. 15. 6.
g Rev. 3. 12.

sunt nihil posse separare eos à Charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. (k) *k Ro. 8. 38.*

ART. XVI.

De Ecclesiâ & Ministerio.

ECCLESIA *Dei* est Columna & Stabilimentum Veritatis. (l) *Cujus charissimus Dei* Filius est Caput, ex quo totum Corpus per commissuras & connexus suppeditatum & compactum, augescit Dei Augmento. (k) Quæ Ecclesia Dei sunt ii qui sanctificati sunt in Christo Jesu. (l) Qui cum ascendisset in sublime Captivam duxit Captivitatem, & dedit Dona Hominibus, & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad Consummationem Sanctorum, ad Opus Ministerii, ad Ædificationem Corporis Christi. (m) Qui debent esse Irreprehensi, Vigilantes, Temperantes, Compositi, Hospitales, apti ad docendum, non Vinolenti, non Percussores, non turpis Lucri avari, sed Æqui, Alieni à Pugnis, Alieni ab Avaritiâ. (n) Bonorum Amantes

l 1 Tim. 3. 15.
k Col. 2. 19.
l 1 Cor. 1. 2.
m Eph. 4. 8. 11. 12.
n 1 Tim. 3. 2, 3, 4, 5, 6 & &c.

mantes, Sobrii, Justi, Pii, Continentes, Tenaces Fidelis illius Sermonis, qui ad Doctrinam facit, ut possint exhortari Doctrinâ sanâ, & Contradicentes convincere. (o) Attendentes ad seipsos & totum Gregem, in quo eos Spiritus sanctus constituit Episcopos ad pascendam Ecclesiam Dei. (p) Illius Inspectioni Vacantes non coacte sed libenter: non turpiter affectantes Lucrum, sed prompto Animo, neque ut Dominantes Cleris; sed ut qui sint Exemplaria Gregis. (q) *Et tales* Presbyteri qui bene præsunt, digni habendi sint duplici Honore; maxime qui laborant in Sermone & Doctrinâ. (r) Et supra modum chari ducendi propter Opus ipsorum. (s) Ut quisque accepit Donum, ita alius in alium illud subministret; Si quis loquitur, loquatur ut Eloquia Dei; si quis ministrat, ministret tanquam ex Viribus quas suppeditat Deus. (t) Evangelizans non cum dicendi Peritiâ, ne Inanis reddatur Crux Christi. (u) *Neque* in Persuasoriis humanæ Sapientiæ Verbis; sed in Demonstratione spirituali, & Potente, ne Fides consistat in Sapientiâ Hominum, sed in Potentiâ Dei: Sapientiam vero tales loquuntur inter Adultos; Sapientiam autem non Seculi hujus, neque Principum Seculi hujus qui abolentur; sed loquuntur Sapientiam Dei latentem in Mysterio

o Tit. 1. 8, 9.
p Act. 20 28.
q 1 Pet. 5. 2, 3.
r 1 Tim. 5. 17.
s 1 Thes. 5. 12, 13.
t 1 Pet. 4. 10, 11.
u 1 Cor. 1. 17.

crio, id eſt, occultam illam quam præfi- x 1 Cor.
ierat Deus ante Secula ad illorum Glori- 2 4,5,6.
m. (x) Quæ ſequuntur non Sermonibus, 7.
uos docet humana Sapientia, ſed quos do-
et *Spiritus ſanctus.* (y) Non enim illi ſunt y Ibid v.
ui loquuntur, ſed *Spiritus ſanctus*, vel Spi- 13
tus Patris, qui loquitur in iis. (z) *Qui*, z Mat.
Spiritualia ſeminant, *debent* Carnalia 10. 20.
etere, ita enim conſtituit Dominus iis,
ui Evangelium annunciant, ut ex Evan-
elio vivant (a) Dicit enim Scriptura, a 1 Cor 9
ovi trituranti non obligabis Os, & dignus 11, 12,
ſt Operarius Mercede ſuâ. (b) Neceſ- 13, 14.
tas *tamen* iis incumbit, Væ autem illis eſt b 1 Tim.
iſi evangelizent, quorum Merces eſt ut 5. 18.
uum evangelizent gratuitum conſtituant
vangelium Chriſti (c) Nullius Argen- c 1 Cor.9
um vel Auruin vel Veſtem concupiſcentes, 16, 18,
d Manibus ſuis, filiis eorum miniſtran-
us, ut ſic Laborando infirmos ſuſtine-
nt, in Memoriam reducentes Verba Do-
ini Jeſu, dicentis, Beatum eſſe dare po- d Act.20
ius quam accipere. (d) *Non enim* ſunt ex 33. 34,
anibus avidiſſimis, qui non nôrunt Satu- 35.
itatem: *Nec* ex Paſtoribus qui ad Viam
am ſe convertunt, quiſque ad Lucrum
um, ab Extremitate illius una ad alte- e Ieſch.
am, qui paſcunt ſeipſos & non Gregem. (e) 56, 11.
ui in Errorem inducunt Populum, qui Ezek. 34,
ordentes ſuis Dentibus proclamant Pa- 8.

cem

cem, & in eum, qui non indiderit Ori ipso
rum Bellum indicunt: Docentes Pretio
f Mic.3. 5. 11. & Pecuniâ divinantes, *(f)* *Nec ex iis*
g Tit. 1 11. qui docent quod non oportet turpis Lu-
cri Gratiâ. *(g)* Qui aberrârunt, secuti
h 2 Pet. 2.14.15. Viam *Balaam* pro Mercede, Mercedem
Iniquitatis amantes. *(h)* Et per Avariti-
i 2 Pet. 2.1,2,3. am fictis Sermonibus Animarum mercatu-
ram facientes. *(i)* Homines Mente cor-
tupti & Veritate privati, existimantes
Quæstum pietatem esse, *At illi scient* Pie-
k 1 Tim. 6.5,6,8. tatem cum Animo suâ sorte contento Quæ-
stum esse magnum, & habentes Alimenta
& quibus tegantur, hæc illis sufficiunt. *(k)*

ART. XVII.

De Cultu.

HORA venit & nunc est, quum
veri Adoratores adorabunt Patrem
Spiritu & Veritate, etenim Pater tales
quærit qui ipsum adorent: Deus est Spi-
l Joh. 4. 23, 24. ritus, & qui adorant eum, oportet ut Spi-
m Psal. 145 18. ritu ac Veritate adorent. *(l)* Propinquus
enim est Jehova in omnibus Invocantibus
ipsum, omnibus qui invocant ipsum Fi-
de. *(m)* Procul abest ab Improbis, Ora-
tionem

tionem autem Juſtorum exaudit. (n) Et hæc eſt Fiducia quam apud Deum habemus, ipſum, ſi quid petierimus, ſecundum Voluntatem ejus, nos audire. (o) Quid eſt igitur? Orandum eſt Spiritu; ſed orandum eſt etiam Intelligentiâ; pſallendum eſt Spiritu, ſed pſallendum eſt etiam Intelligentiâ. (p) Itidem autem & Spiritus una ſublevat Infirmitates noſtras: quid enim oremus ut oportet, non novimus; ſed ipſe Spiritus intercedit pro nobis Suſpiriis Inenarrabilibus: Qui vero ſcrutatur Corda, novit quid ſapiat Spiritus; quia ſecundum Deum intercedit pro Sanctis. (q)

n Pro. 15 29.
o 1 Jo. 5. 14.
p 1 Cor. 14. 15.
q Ro. 8. 26. 27.

ART. XVIII.

De Baptiſmo.

PROUT unus *eſt* Dominus, una Fides, *ita* unum *eſt* Baptiſma. (r) Quod nunc quoque nos ſervat, non quo Carnis Sordes abjiciuntur, ſed Stipulatio bonæ Conſcientiæ apud Deum per Reſurrectionem Jeſu Chriſti (s) *Nam Johannes* quidem baptizavit Aqua (vel in Aquâ) *Chriſtus* vero Spiritu ſancto & Igni. (t) *Idem*

r Eph. 4. 5.
s 1 Pet. 3. 21.
t Mat. 3. 11.

que

u Ro. 6. 3. 4. *x Gal. 3. 27.*

oque quotquot baptizati ſunt in Chriſtum Jeſum, in Mortem ejus baptizati ſunt, ſ conſepulti ſunt ei per Baptiſmum in Mor tem: ut ſicut ſuſcitatus eſt Chriſtus e Mortuis in Gloriam Patris, ita etiam illi ambularent novâ Vitâ. (*u*) Chriſt induti (x)

ART. XIX.

De Eſu Panis, & Potu Vini, Lotio one invicem Pedum, Abſtinentiâ à Suffocatis, & Sanguine; & Unctione infirmorum Oleo.

DOMINUS Jeſus eâ Nocte, qu proditus eſt, accepit Panem, Gratiisactis fregit, ac dixit, acc pite, edite, hoc meum eſt Corpus, quo pro vobis frangitur, hoc facite ad me Cemmemorationem: Itidem & Poculum poſtquam cœnaſſet, dicendo, hoc Pocu lum eſt novum illud Pactum, per meum Sanguinem, hoc facite, quotieſcunque bi beritis, ad mei Commemorationem Quotieſcunque enim ederitis Panem hunc & Poculum hoc biberitis, Mortem Domi ni annunciatis uſquequò venerit. (*a*) Sci

a 1 Cor. 11. 23. 24, 25. 26.

en

ens Jesus Patrem omnia dediſſe ſibi in Manus, & ſe à Deo prodiiſſe, & ad Deum abire; ſurgit à Cœnâ & deponit Pallium: acceptoque linteo, præcinxit ſe. Deinde immiſit Aquam in Pelvim & cœpit lavare Pedes Diſcipulorum, & extergere Linteo, quo erat præcinctus: Poſtquam ergò laviſſet Pedes eorum, & Pallium ſuum recepiſſet, rurſum recubuit, & dixit iis, *Noſtiſnè* quid fecerim vobis, vos me vocantes, dicitis, Magiſter ac Domine, & bene dicitis; ſum enim: Itaque ſi ego lavi Pedes veſtros, Dominus ac Præceptor, vos quoque debetis alii aliorum Pedes lavare: Exemplum enim vobis præbui, ut prout ego feci vobis, ita & vos faciatis. (*b*) Viſum enim eſt Spiritui ſancto ac nobis, ne quid amplius imponeremus vobis Onus præter neceſſaria iſta, *viz.* Ut abſtineatis ab iis, quæ ſunt immolata Simulachris, & Sanguine, & Suffocato & Scortatione, à quibus ſi vos caveritis bene agetis. (*c*) Infirmatur aliquis inter vos? Accerſat Presbyteros Eccleſiæ, & orent pro eo, ungentes eum Oleo. (*d*)

b Jo. 13. 3, 4, 5, 12 13, 14. 15.

c Act. 15 28. 29.

d Ja. 5. 14.

ART.

ART. XX.

De Libertate Talium Christianorum a quibus eò Deventum est ut cognoscant Substantiam, quoad utendum vel non utendum Ritibus hisce: deque Observatione Dierum.

REGNUM Dei non est Esca & Potus, sed Justitia & Pax & Gaudium per Spiritum sanctum. (e) Ne quis igitur nos damnet ob Cibum vel Potum aut Respectu Festi aut Novilunii aut Sabbathorum. (f) Itaque si Mortui cum Christo, *liberi* sumus ab Elementis Mundi; quid, ut viventes in Mundo Ritibus oneramur? Ne ederimus neque gustaverimus, neque attigerimus; quæ omnia ipso Usu corrumpuntur, *præscripta* ex Præceptis & Doctrinis Hominum. (f) At nunc cum cognoscamus Deum, imo potius cogniti simus à Deo, quomodo convertimus nos retrorsum ad Infirma & Egena Elementa, quibus denuò desuper servire volumus, Dies observare & Menses & Præ-

e Ro. 14. 17.

f Col. 2. 16. 20, 21, 22.

titui

ſticuta Tempora & Annos. (g) Nè ſine Causà inter nos laboratum ſit. Si unus æſtimat Diem præ Die, alius autem per-æquè æſtimat quemvis Diem, unuſquiſque in Animo ſuo plenè certus eſto; qui curat Diem, Domino curat, & qui non curat Diem, Domino non curat. (b)

g Gal. 4. 9, 10, 11.

b Ro. 14. 5. 6.

ART. XXI.

De Jurando, Pugnando & Perſecutione.

DICTUM fuerat Veteribus, non pejerabis, ſed reddes Domino quæ tu juraveris, *at Chriſtus* dicit nobis, *Nè jurate omninò*, neque per *Cœlum*, quia Thronus Dei eſt, neque per *Terram*, quia Scabellum eſt Pedum ejus: neque per *Hieroſolymam*, quia Urbs eſt magni Regis, neque per *Caput* tuum jures, quia non potes unum Capillum album aut nigrum facere. Eſto autem Sermo veſter, *Etiam Etiam, Non, Non*, quod autem ſupra hæc redundat, à malo eſt. (i) *Et Jacobus* ante omnia *præcipit* nobis, non jurare, neque per *Cœlum*, neque per *Terram*, neque aliud ullum Jus-jurandum; ſit autem veſ-

1. Jurando.

i Matt. 5. 33

trum *Est*, *Est*, *Non*, *Non*, ne in Condemnationem incidatis. (*k*)

II. *De Pugnando.*

Nam in Carne, non tamen secundum Carnem ambulantes, militandum est; Arma enim Militiæ nostræ non carnalia sunt, sed divinitùs valida ad Destructionem Munitionum, Ratiocinationes evertendo, omnemque Sublimitatem quæ sese extollit adversùs Cognitionem Dei, in Captivitatem redigendo omnem Cogitationem ad Obediendum Christo. (*l*) Bella *enim* & Pugnæ proveniunt ex Voluptatibus quæ militant in Membris. (*m*) *Christus* ideo jubet, ne obsistamus Malo, sed quicunque vult cædere in Dexteram maxillam, obvertere ei & alteram. (*n*)

III. *De Persecutione.*

Quoniam Christiani sunt ad instar Agnorum inter Lupos. (*o*) Omnibus *igitur* exosi sunt propter *Christi* Nomen. (*p*) Oportetque omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu Persecutionem pati. (*q*) *Tales* beati sunt, nam eorum est Regnum Cœlorum. (*r*) *Quicquam enim* Vitam suam perdiderint, servabunt tamen eandem. (*s*) *Et quoniam* agnoverunt *Christum* coram Hominibus, ille etiam agnoscet eos coram Angelis Dei. (*t*) Non igitur pertimiscendi sunt ii, qui trucidant Corpus, Animam autem non possunt trucidare; sed is potiùs, qui potest & Animam & Corpus perdere in Gehennâ. (*u*)

ART.

k Ja. 5. 12.
l 2 Cor. 10. 3, 4, 5
m Ja. 4. 1. 2.
n Mat. 5 39.
o Luc. 10 3.
p Mat. 10. 22.
q 2 Tim 3. 12.
r Mat. 5 10.
s Mat. 16. 25.
t Lu, 12. 8.
u Mat. 10. 28.

ART. XXII.

De Magistratu.

OMNIS Anima Potestatibus supereminentibus subjecta esto, non enim est Potestas nisi à Deo, & quæ sunt Potestates, sunt a Deo ordinatæ. Itaque quisquis obsistit Potestati, Dei Ordinationi obsistit; qui autem obsistunt, ipsi sibi Condemnationem afferent. Nam Magistratus non sunt metui bonis Operibus sed malis; vis autem non metuere Potestatem? Quod bonum est facito & Laudem ab ipsa obtinebis; Dei enim Minister est tuo bono; quod si feceris quod Malum est, metue, non enim frustrà Gladium gerit; Nam Dei Minister est, Vindex ad Iram ei, qui quod malum est fecerit: quapropter necesse est subjici, non solum propter Iram; sed etiam propter Conscientiam. (x) Propter hoc etiam Tributa solvimus, siquidem Ministri Dei sunt, in hoc ipsum incumbentes. Reddite igitur omnibus quod debetis, cui Tributum debetur, Tributum; cui Vectigal, Vectigal; cui Timor, Timorem; cui Honor Honorem. (y) Propterea subjecturi sumus nosmetipsos cui-vis humanæ Ordinationi

(x) Ro. 13 1, ad 6.

(y) Ibid. v. 6. 7.

propter Dominum; ſive Regi, ut ſupereminenti: ſive Præſidibus, ut qui per eum mittantur; tum ad Ultionem facinoroſorum, tum ad Laudem benè agentium,
1 Pet. 2. 13. 14. 15. quoniam ita eſt Voluntas Dei, ut benè agendo Os obſtruamus Deſipientium Hominum Ignorantiæ. (z) Juſtum *tamen* eſt
a Act. 4. 19. in Conſpectu Dei potius ei auſcultare quam iis. (a) Et quamvis etiam atque etiam
b Act. 5. 28. 29. demandaverint nobis, nè doceremus in *Chriſti* Nomine; Obedire oportet Deo, potiùs quam Hominibus, (b)

ART. XXIII.

De Reſurrectione.

a Act. 14. 14. ERIT Reſurrectio Mortuorum tum Juſtorum tum Injuſtorum. (a) Qui
b Jo. 5. 29. bona fecêrunt in Reſurrectionem Vitæ; qui verò mala egêrunt in Reſurrectionem Condemnationis. (b) Caro & Sanguis non poſſunt Regni Dei Hæreditatem
c 1 Cor. 15. 50. conſequi, nec Corruptio Hæreditatem Incorruptionis conſequetur. (c) Et quod ſeritur, non Corpus oriturum ſeritur, ſed Deus ei dat Corpus ut voluit, & ſingulis Seminibus ſuum Corpus: ſeritur Corpus cum Corruptione, ſuſcitatur cum Incor-

ruptione

ruptione; seritur Fædum, suscitatur cum Glorià; seritur omnium Virium expers, suscitatur potens; seritur Corpus animale, suscitatur Corpus spirituale. (*d*) *d* 1 Cor. 15. 37. 38. 42. 43. 44.

CAP. XVII. Cap. 17.

Breve Alloquium ad cæteros omnes Christianitatis Professores.

AGITE nunc vos, Christianitatis Professores, ratiocinabor vobiscum paucis, cujuscunque Generis sitis; proferte *Catechismos* & *Confessiones Fidei* vestræ, & illi, quam plerumque omnes agnoscitis, Regulæ apponite. Quamdiu propterea erratis, quod non sciatis Scripturas, neque *Potentiam Dei*? Non diutiùs in Ignorantià, in Hallucinatione hæsitate; sed libenter agnoscite præclarum illud *Evangelium* & *Lumen* (quod Scripturæ ita manifestè testantur, cui non potest, quin Experientia etiam vestra respondeat) cæterasque illas salutares Doctrinas confitemini, quæ *Nobile* illud & *Principium* verè *Catholicum* consequuntur, in quo Amor Dei ita præclare omni Homini exhibetur & Justitia ac Misericordia ejus, veluti Gemelli, *Ad Nobile Veritatis Principium omnes invitantur.*

tam *Unanimiter Concordant*: *Misericordia* in frequentibus Amoris sui Exhibitionibus disceptante & manifestante Lumine ejus per Diem uniuscujusque Visitationis; *Justitia* autem, & in destruendo & removendo corruptam Naturam, & Spiritum in iis, qui patiuntur se redimi Judiciis ejus; & in perdendo & damnando eos, qui contra Lucem rebellantes, & Spiritui Gratiæ resistentes, reformari oderunt.

Nunc autem non solum Fundamentale hoc Principium hoc Tractatu luculenter demonstratum est, sed quæ omnia ex illo pendent, qualis est realis & interna *Justificatio Sanctorum*, per Potestatem & Vitam Christi in illis revelatam, perfectam eorum *Redemptionem* à *Corpore Mortis* & *Peccati*, sicut hujus Gratiæ Operationibus & Prævalentiâ crescunt.

Ne autem Securitas intret, Vigilantiâ Opus est, cum recedere possint, (imo postquam bonum Statum cognoverint) et Fidei & bonæ Conscientiæ Naufragium facere, cum cæteris omnibus Christianæ Doctrinæ Partibus, sicuti simul connectuntur, veluti *Catenâ Aureâ*, quâ abunde evincitur Veritatis vis, & certitudo, super omnes *Hæreses*, & *Errores*, unusquisque subtiles speciosis Veritatis præ[illegible]xibus colorentur: Veritas enim integra est ex omnibus partibus

tibus, sibique consonans, sine omni Discordia; *mirabiliter cohærens*, sibique consonanter respondens, sicut Chordæ Instrumenti benè modulati: Quum aliorum *Professorum* Doctrinæ, licet in quibusdam appropinquent & in quibusdam fateantur illud, quod est verum, in plerisque tamen ab illa discedunt: Ita ut Doctrinæ eorum magnopere inter se discordent. Et licet quædam Scripturæ Testimonia, pro quibusdam suarum Doctrinarum allegent, mirum tamen est, quam manifeste ad alias Defendendas detorqueant & abutantur.

Veritas Harmoniæ quasi Instrumenti benè modulati.

Petitio igitur mea ad singula *Professorum* Genera non est, ut probent unam vel aliam ex Doctrinis suis per Scripturam (sunt enim Generales quædam Veritatis *Notiones*, quibus omnes concedunt) sed *integrum* Dogmatum suorum *Corpus* sicut ad Invicem referuntur; quod quidem nullus eorum præstare potest. Nam inter pleroſque eorum *Catechismorum* & *Fidei Confessionum*, nullam invenio, (nisi *Dispensationem Veritatis* nunc denuo revelatam) quæ in plerisque Substantialibus magnopere non differat, in plerisque crasse contradicat plano Scripturæ Textui de Veritatibus.

Fateor equidem, quosdam hac [illegible] esse, qui quodam plausibili [illegible] Prætextu hanc Provinciam susciplunt, [illegible]

les illi sunt, qui nullam Christianorum Societatem omninò approbant, vel ei se adjungunt, sed dum unicuique Amorem prætendunt, quædam in omnibus criminantur, dum suæ Religionis vix ullam Enarrationem dare possunt: & plerique eorum dum seriò examinantur nullam habere reperiuntur.

Illi, inquam, Homines fortasse Generales quasdam Veritates fatebuntur, & Scripturarum *Literæ* in quibusdam aliis adhærebunt, ita ut inde Occasionem accipiant, alios liberè judicandi, dum ipsi ea bona in Praxin minimè reducunt; pro quorum Defectu & Neglectu alios tantoperè condemnant; sed talis Conatus ab istis minimè est hoc Consilium explere, cum non sufficiat multas Veritates agnoscere, sed etiam expediat contra omnem Errorem testari; neque ullam Veritatem Creditu Necessariam omittere: Illi autem ut plurimùm Fidei suæ Confessionem in multis creditu Necessariis exhibere non possunt, & quicquid verum fateantur, graviter Errant, & Veritati notatu dignissimæ contradicunt (ut supra probatur) quoniam nullatenùs stant, neque pro eâ, quam jactant se habere, Scientiâ, apparent; sed ita se in Temporibus Persecutionis abscondunt, ut cum nullo, nec pro ullo patiantur; ideoque Scrupulositate illâ, quacum ullis

Prætendentes se in Temporibus periculosis abscondunt.

ullis se jungere recusant, astutè omnes Difficultates particularibus Christianorum Sectis attendentes evitant: Et tamen communi, quem erga omnes prætendunt, Amore, è Communibus Beneficiis cuilibet eorum redundantibus Partem sibi conciliant: Ii igitur honestè Affirmare non possunt, quod Doctrinæ aut Actiones suæ Scripturæ consentaneæ sint, sed istos in Religione Vagabundos relinquo, & ad varias Sectas reverto.

Ut ab iis, qui maximè numerosi sunt, incipiam, non Opus (ut opinor) est, ut multum hac in Re PONTIFICIIS dicam, ii enim nè vel affirmant Dogmata sua per Scripturam probanda esse; cum eorum Præcipuum sit Dogma, *Traditionem ad Authorizandas Doctrinas sine Scripturæ Authoritate sufficere.* Quinimò Concilium *Constantiæ* ausum est quædam credenda præcipere, *non obstante Scripturâ*; (h. e. *licet Scriptura contradicat*) & in iis reverà summa erit Stultitia Doctrinas suas Scripturæ Authoritate vindicare; cum *Adoratio Sanctorum & Imaginum, Purgatorium, Orare pro Mortuis, Romani Pontificis Præcedentia, Indulgentiæ,* cum pleriisque aliis ejusdem Farinæ, nullam habeant vel Umbram in Scripturâ. *Pontificiorum Dogmata, Traditiones & Concilia Socinianorum pretextus contra Scripturas.*

Inter *Protestantes*, novi *Socinianos* magnopere vendicare Scripturas, in quarum

rum Commendationibus, quoàd Verba, nulli cedunt; & tamen mirum est, quod non solum in plerisque suarum Doctrinarum cum illis minimè consentiant; sed quòd in Præcipuo suo Dogmate apertè Scripturæ Testimonio contradicunt; dum *Christi Divinitatem negant*; quo nihil luculentiùs exprimi potest. Et *Deus erat Verbum* Jo. 1. & quod denegant *fuisse illum a Principio*, isti Scripturæ luculentèr contradicentes, & plerisque aliis Locis, ut *tertio* hujus *Tractatûs Capite* fusiùs demonstratur. Nonnulla alia quoad eos ostendi possint; sed hæc pro Tempore sufficient ad Gloriationem eorum reprimendam.

Arminiani non magis felices.

Non magìs fælices sunt *Arminiani* in denegando Falsam *Absolutæ Reprobationis* Doctrinam, & in affirmando *Universalitatem Mortis Christi pro Omnibus*, quàm desunt in hoc, quòd Salutem non locant in Spirituali illo Lumine, quocum Christus omnes illuminavit; sed quòd perperàm adscribant aliquam hujus Partem Naturali Voluntati & Capacitati, quod solummodò Dei Gratiæ & Virtuti debetur, quo Opus & incipitur (& progreditur) & concluditur.

Pelagiani quoque.

Et hìc illi, non secùs quàm & *Sociniani* & *Pelagiani*, licet in quosdam Errores condemnando benè agant, deficiunt tamen, quòd eorum Loco alium Errorem non

non Veritatem ſubſtituant; & illo Reſpectu meritò iſtis Scripturis redarguantur & refutentur, quas Adverſarii (qui aliter non minùs quam illi errant) adducunt ad demonſtrandam Depravitatem Naturæ Hominis naturaliter, & Incapacitatem ejus ad Bonum agendum, niſi ut Dei Gratiâ juvatur.

Ex alterâ Parte mirum eſt obſervatu tot *Proteſtantes* (Primus quorum Confeſſionis Fidei Articulus eſt, affirmare *Scripturam eſſe unicam Regulam*) denegare Univerſalitatem Mortis Chriſti, contra diſerta Scripturæ Verba, quæ dicunt, *Guſtâſſe illum Mortem pro omnibus*; vel Univerſalitatem Gratiæ & ſufficientis Principii, quam Scriptura affirmat in tot diſertis Verbis; niſi exiſtimemus Scriptores aliud, quàm ſcripſerunt, voluiſſe; videlicet, *Manifeſtatio Spiritûs Unicuique datur ad Utilitatem*: *Gratia Dei Salutifera illuxit omnibus Hominibus*; & pleraque alia ſupradicta. Idem dici poteſt, quod Perfectionem negant; & Impoſſibilitatem prolabendi à realibus veræ Gratiæ Initiis affirmant; contra tot manifeſta Scripturæ Teſtimonia, quæ ſuo Loco ſupra adducta ſunt. Sed ut omnibus non decipi cupientibus plenior Occaſionem tribuam obſervandi, quomodo Diabolus abuſus ſit multis, Sapientiam præ ſe ferentibus, dum facit illos

Heb. 2. 9.

1 Cor. 12. 7.

Tit. 2. 11.

Errores

Errores colorare falso Pretextu Scripturæ, quædam ex multis expromam, è *Confessione Fidei* & *Catechismo* a *Westmonasterien sibus Theologis*, edita; quia illa non solùm communiter recipitur à magnæ *Britanniæ* Populis, sed etiam, quoad Substantiam, comprehendit *Gallicarum* & *Belgicarum* Ecclesiarum Fidem; ut appareat, quot insanas Consequentias quæsiverint è Scripturâ inferre, non solùm planæ Verborum Significationi, sed communi Sensui, omnique sanæ Rationi contradicentes, ut quasdam suarum Doctrinarum vindicarent.

Cap. 18.

CAP. XVIII.

Brevis Examinatio *quorundam Scripturæ Testimoniorum, quæ adducunt Theologi* Westmonasterienses Britannici, *ad Articulos quosdam* Confessionis Fidei suæ & Catechismi *probandos.*

MINIME mihi Consilium est hoc *Capite* tam fusam Horum Articulorum Examinationem producere, qualem possem

sem, neque tot, quot abundè apparent; sed solummodò duorum vel trium; ut indè Lector Gustum habeat, quibus, ut *ex Ungue Leonem*, de plerisque aliis judicare possit, si vult eos seriò & strictè examinare & inspicere.

A primo *Capite* incipiam §. 1. ubi duo affirmant. Primò, *Quod Deus Voluntatem suam omnem Literis consignaverit.* Secundò, *Quod Pristini Modi, quibus olim Deus Voluntatem Populo suo revelabat, scilicet*, Immediatà Revelatione, *desiverint*: Quæ, ad hæc probanda adducunt, Scripturæ sunt, primò, *Prov.* xxii. 19, 20, 21. Ver. 19. *Si fuerit in Jehovâ Fiducia tua & quod Notum facio tibi hodiè: Etiam tu feceris.* Ver. 20. *Nonne scripsi tibi Præstantissima Documenta; posita in Consiliis & Scientiâ?* Ver. 21. *Notum faciendo tibi quod certum est, Sermones veraces: ut referas Sermonibus Veritatem missis ad te.* Luc. i. 3. 4. *Visum est etiam mihi, omnia altè repetita penitùs assequuto, Ordine illa ad te scribere, præstantissime* Theophile, *&c.* Rom. xv. 4. *Nam quæ antè scripta sunt ad nostram Doctrinam antè scripta sunt; ut per Tolerantiam & Consolationem Scripturarum Spem habeamus.* Mat. iv. 4, 7, 10. *At ille respondens dixit: Scriptum est, non solo Pane vivet Homo, sed ex quovis Verbo prodeunte per Os Dei.* V. 7. *Dixit ei Jesus vicissim: Scriptum*

Probationes Prætensæ pro Verbo scripto.

ſcriptum eſt, non tentabis Dominum Deum tuum. V. 10. *Tunc dixit ei Jeſus: abi, Sathana; ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis & illum ſolum coles.* Iſa. viii. 19, 20. V. 19. *Cum enim edicunt vobis, conſulite Pythones aut Ariolos, qui pipiunt, & qui muſſitant: nonne Populus Deum ſuum conſulet? Pro Viventibus Mortuos conſulendo;* V. 20. *Adverſus Legem & adverſus Conteſtationem, an non loquuntur in Sententiam iſtam, cuicunque nulla eſt Lucis Scintilla.*

Sed nonne Stuporis Cauſa eſt, Homines adeo inſanire, ut exiſtiment illa Teſtimonia ſuæ Opinioni favere; vel illam confirmare; ut putent, alios ita ſtultos fore, qui Doctrinas implicità Fide non accipiunt, ut eis crederent: licet enim præſtantiſſimo *Salomoni* Deus ſcripſerit, & licet *Lucas Theophilo* quædam Chriſti Acta declaraverit, nam *plurima nusquam ſcripta ſunt*, ut *Joh.* cap. ult. vers. ult. refertur. Licet nonnullis Scripturæ Teſtimoniis contra *Sathanam* Chriſtus uſus ſit; & *Iſaias* Populum ad Legem & Teſtimonium relegaret; quis ita inſanus eſt, ut *inde* concludat *diſertè ſequi, Deum nunc totam Voluntatem ſuam Scriptis conſignâſſe?* Talis Conſequentia non magis ab iſtis Scripturis deducibilis eſt, quam ſi arguerem hoc modo; *Theologi Weſtmonaſterienſes multa ſine Ratione*

Multa non quam ſcripta ſuere.

one *affirmârunt, ergo nullam Rationem habent pro aliquo quod affirmârunt*: Imò non tam diſertè ſequitur; cum poſt omnia illa Loca ab iis citata, ſecundum propriam Sententiam, nonnullæ Scripturæ ſacræ & Cononicæ, ſcriptæ ſint: Ità ut falsò fuiſſet eos affirmare, *Deum tunc omnem Voluntatem ſuam Scriptis conſignâſſe*; quod equidem ut verum non erat, ita & Abſurdiſſimum fuerit iſtos *Theologos* tam falſam & ludicram inde Conſequentiam petere.

Pro ſecundà Poſitione, nempè, *Quod alii modi nunc deſiverint*, allegant ad *Heb.* i. 1, 2. *Multis Vicibus, multiſque modis olim Deus loquutus Patribus in Prophetis, ultimis Diebus hiſce loquutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit Hæredem omnium, per quem etiam Mundum condidit.* 2 Pet. i. 19. *Et habemus firmiſſimum illum Sermonem Propheticum, quem bene facitis, quod attenditis, velut Lucernam, ſplendentem in obſcuro Loco, uſque dum Dies illuceſcat: & Lucifer exoriatur Cordibus noſtris.* Sed hæc Quæſtionem non magis quam priora probant. Si enim ità voluit *Paulus* ad *Timotheum*, ut voluiſſet eum *Theologi* iſti contendunt, tunc manifeſtum Mendacium Apoſtolo impingunt. Cum ipſi fateantur, Apocalypſin *Johannis*, diù poſt ſcriptam fuiſſe; ideoque tunc alii illi modi non deſiverint. Quod ad illud *Scire*, eſt Petitio Principii, cum dicant

vide 2 Tim. 3. 14. adt 7 Probationes prætenſæ proſcripturæ ſolis Revelationibus.

Apocalypſis Johannis quando ſcripta.

dicant, *De Scripturâ intelligi*, & licet ità intelligeretur, Positionem eorum non probaret. Tantum abest, ut illud ad Heb. quod vellent, probet, ut meliùs ad Contrarium probandum adduci possit: Deus enim nunc loquitur nobis per Filium suum; sed adhùc probandum restat, inde sequi, *Filium nobis solummodo loqui per Scripturas*; & si ità voluisset Apostolus, falsum fuisset; cum quas & ipse & alii posteà habebant Revelationes, & immediatæ & internæ essent, ideoque tunc illi modi non desiverint. Et si latiùs Apostolo quam istis credendum est, monet nos, quod quamprimùm in se Revelatus fuit Christus, statim obedivit. Et idem Apostolus ait, *nisi Christus in nobis sit, Reprobatos nos esse*; certè non est in nobis mutus, cum ait, quod *habitabit in nobis, & ambulabit in nobis*; & *nobiscum erit usque ad Consummationem Sæculi*; Monet nos *Johannes, internam Unctionem nos omnia docturam*, ità ut *non necesse habeamus*, quoad absolutam Necessitatem, *ut quis nos doceat*: Quomodo igitur cessavit *Immediata* illa *Revelatio*, si Deus nobis per Christum loquitur, & oportet Christum in nobis esse? Reverà *Theologi* isti Regulam Scripturæ non sequuti sunt, sed potius studuerunt crassè eos detorquere, ex iisque *Nasum Cereæ* facere, non obstante quod in contrarium prætendunt. §. 6.

Dicere, Filium nobis solummodo loqui per Scripturas falsum est.

2 Cor. 13. 5.
Ibid. 6. 16.
Mat. 28. 20.
1 Joh. 2. 27.

Ubi

Ubi dicunt, *Universum Consilium Dei, de omnibus, quæ ad suam ipsius Gloriam & ad Hominis Salutem Vitamque necessaria sunt, aut expressè in Scripturâ contineri, aut inde bonâ & necessariâ Consequentiâ derivari.*

Quod autem duæ priores illæ Positiones non expressè in Scripturâ contineantur, negare nequiquam possunt: utrum bonâ & necessariâ Consequentiâ inde deriventur nec ne, judicent Viri intelligentes è supra dictis.

Nonnulla alia sunt, in eodem *Capite*, haud quaquam probanda, pro quibus, quæ allegant Scripturæ Testimonia absurdissima sunt, quæ Brevitatis Causâ prætermisi.

Cap. xxi. §. 7. Aiunt *Quòd à Christi Resurrectione Sabbathum in Septimanæ Diem Primum transferebatur, qui quidem in Scripturâ* (inquiunt illi) *Dies Dominicus nuncupatur, estque perpetuo ad Finem Mundi tanquam Sabbathum Christianum celebrandus,* quo Loco *Iria* affirmant.

Theologorum Absurdissimæ Probationes, Quod Dies Septimanæ primus in vicem Septimi pro Sabbatho venit.

Primò, *Quod Dies Septimanæ Primus in vicem Septimi pro Sabbatho venit*, ad quod probandum allegant, 1 *Cor.* xvi. 1, 2. *Porrò de Collectâ in Sanctos, quemadmodum ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite; Primo quoque Die Hebdomadis, unusquisque vestrûm apud se seponat, recondens ut Thesaurum, quod pro Dei Benignitate licuerit.* &c Act. xx. 7. *Primo autem Die Hebdomadis, congregatis*nit.

congregatis Discipulis ad frangendum Panem, Paulus *disserebat cum eis, abiturus postridiè, produxitque Sermonem usque in mediam Noctem.*

Quod hæc Testimonia Rem probandam non expresse affirment, disputare (ut opinor) non opus est. Inferre autem, quoniam *Paulus* ordinavit *Corinthiis*, ut illo Die aliquid apud se Seponant; vel quia Illo Die Panem fregit, & Sermonem usque in mediam Noctem produxit; ideò Primus Septimanæ Dies in Locum Sabbathi substitutus est; Consequentia equidem est magis propter Stoliditatem notanda, quam propter Soliditatem credenda: Opus quidem erit magis disertâ & expressâ Authoritate ad tam solennem Fidei Articulum constituendum, quam volunt isti Primæ Feriæ Moralitatem esse. Textus abundè declarat, quare convenêrunt Discipuli adeò frequenter, & quare *Paulus* ità fuse locutus est. quia Postridiè abiturus erat, de Sabbatho nè vel Verbum innuitur.

Dies Dominicus.

Secundam eorum Positionem, videlicet, *Quod ille Dies Dominicus ideo nuncupatur*, magis perperam adhuc deducunt ex illo, *Apoc.* i. 10. *Fui Spiritu correptus Die Dominico*, Ubi ut nullus particularis Dies designatur; ità nihil nisi nudam suam Affirmationem habent, undè concludant de primâ feriâ intelligi.

Pro

Pro Positione *Tertiâ*, *Quod ille Dies perpetuò ad Finem Mundi tanquam Sabbatum Christianum celebrandus sit*, allegant *Exod* xx. 8, 10. *Recordare Diei Sabbathi, ut sanctifices illum, Dies vero Septimus Sabbathum est Jehovæ Deo tuo*: nè facito ullum Opus tu, aut Filius tuus, &c. *Isa.* lvi. 2, 4, 6, 7. *Matth.* v. 17, 18. *Ne existimate me venisse ut dissolvam Legem aut Prophetas: non veni ut eam dissolvam, sed ut impleam*; Si hæc Testimonia aliquid probant, oportet probent Septimi Diei Continuationem; nam in totâ Lege nulla sit Mentio quod Primus Dies sit Sabbathum. Si hæ bonæ & sanæ Consequentiæ existimandæ sint, nullas tantas novi Absurditates, nec damnabiles Hæreseis, nec Superstitiones adeò ludicras, quæ Scripturæ Authoritate colorari non possint.

Dies Sabbathus.

Dies Septimus

Cap. xxvii. §. 1, 2, 3. Fusè de Definitione & Natura Sacramentorum agunt, sed in omnibus, quas adferunt Scripturis, nè vel Verbum de *Sacramento* repetitur. Necessaria equidem hæc Omissio fuit, tale enim in totis *Bibliis* non invenitur. Si autem dixerint *Rem* per Sacramentum *significatam* ibi esse (licet hoc sit etiam Petitio Principii) non indè excudendi sunt, qui alibi affirmant, *Universum Dei Consilium in Scripturâ contineri*; ut rejectis planis Scripturæ Verbis, è *Romanarum* Traditionum

Verbum Sacramentum in totis Bibliis non invenitur.

tionum Ruderibus ſibi id quæſitant, quod tam Subſtantialem *Fidei* Partem faciunt.

§. 4. Duo affirmant, primò, *Quod duo ſolùm ſunt Sacramenta.* Secundò, *Quod duo illa ſint Baptiſmus & Cœna.*

Ad hæc probanda adducunt. *Mat.* xxviii 19. *Profecti ergo, Docete omnes Gentes, baptizantes eos in Nomen Patris,* &c. 1 Cor. xi. 20, 23. *Cum igitur convenitis eodem Loco, hoc non eſt Dominicam cœnam edere. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, Dominum Jeſum,* videlicet *eâ Nocte quâ proditus eſt, accepiſſe Panem* &c. 1 Cor. iv. 1. *Sic de nobis reputet Homo, ut de Miniſtris Chriſti & Diſpenſatoribus Myſteriorum Dei.* Heb. v. 4. *Neque filii ipſi quiſpiam ſumat hunc Honorem, ſed qui vocatur à Deo ſicut* & Aaron.

Quod ſi autem tale quid (videlicet Sacramentum) nunc præſtandum eſſet, nil aliud illæ Scripturæ evincent, quàm *Hæc duo præſtanda fuiſſe.* Sed quod ſolum ſint *Duo*, vel quod ea illa duo ſint (quod quidem erat probandum) nè vel minima Probationis Umbra adfertur.

Nam ſecundum propriam ipſorum Sacramenti Definitionem in *Catechiſmo* majore: ubi aiunt, *Duas Sacramenti Partes eſſe, alteram quidem Signum Externum ſecundum Chriſti Inſtitutionem adhibitum; alteram vero Gratiam Internam eſſe ac Spiritualem*

per

per illud Significatum: Et Lotio ad invicem Pedum, & Unctio Ægrotorum Oleo huic Definitioni respondet, & pleraque alia. Ita ut illa Sacramenti Probatio, vel Duorum vel Septem, imò vel Septuaginta æque facilis est; cùm nec Nomen nec Numerus in Scripturâ inveniatur; Et tamen mirum est quantâ Confidentiâ quidam affirmant Scripturam sibi Regulam esse; dum tam præcipuas Doctrinæ suæ Portas ædificant sine ullo in Scripturâ Fundamento.

Hoc modo mihi visum est præsertim de his tribus Mentionem facere, videlicet de *Scripturâ*, *Sabbatho* & *Sacramentis*, quia in tribus istis nos *Tremuli* præsertim accusasamur, quasi Hæretici essemus.

Quid autem de his credamus & quam consentanea Fides nostra sit *Scripturæ* Testimonio, satis suprà demonstratum est, & quam miserè isti Scripturas detorqueant ad Contrarias suas Positiones confirmandas etiam *æquo Lectori* apparebit.

F I N I S.

Boo
Af
in

R. C B
glif

Fruit
William
civil an
ly man
general
An E
tive Ch
ligious.
The
of the
ed with
origina
himself
tion in
Amend
An
land a
of Chr
vers L
and En
preſſio
with ſo
Mo
of Ref
duct o
Scri
ons, b

Books Printed and Sold by the Assigns of *J. Sowle*, at the *Bible* in *George-Yard*, in *Lombard-Street*.

Robert Barclay's Apology, in *Latin*, 6*s*. *English* 4*s*. *French* and *Spanish* 5*s*. &c.

Fruits of a Father's Love: Being the Advice of *William Penn* to his Children, relating to their civil and religious Conduct. Written occasionally many Years ago, and now made publick for a general Good. By a Lover of his Memory, pr. 9*d*.

An Essay concerning the Restoration of primitive Christianity, in a Conduct truly pious and religious. Price. 1 *s*.

The History of the Rise, Increase and Progress of the Christian People called Quakers, intermixed with several remarkable Occurrences. Written originally in *Low-Dutch* by *William Sewel*, and by himself translated into *English*. The second Edetion in *English*, revis'd and publish't with some Amendments. Price. 14*s*.

An Account of *William Penn*'s Travails in *Holland* and *Germany*, for the Service of the Gospel of Christ; by way of Journal. Containing also divers Letters and Epistles, writ to several Great and Eminent Persons whilst there. The third Impression. Corrected by the Author's own Copy; with some Answers not before printed. pr. 2*s*.

More Fruits of Solitude; being the second part of Reflections and Maxims, relating to the Conduct of Humane Life. By *W. P.* price 9 *d*.

Scripture-Instruction; digested into several Sections, by way of Question and Answer. In Order

to promote Piety and Virtue, and discourage Vice and Immorality. With a Preface relating to Education, by *J. Freame*, price 1 *s.*

Fruits of Retirement; or Miscellaneous Poems, Moral and Divine: Being some Letters, Contemplations, *&c.* written on Variety of Subjects; by *M. Mollineux*, late of *Liverpool*, deceased. p. 1*s* 6*d*

Piety promoted, being a Collection of the dying Sayings of many of the People called Quakers, in 5 Parts. Price 1*s.* each Part.

The History of the Life of *Thomas Ellwood*, Price bound, 3 *s.* 6 *d.*

God's protecting Providence, Man's surest help and Defence, in times of the greatest Difficulty, and eminent Danger. Evidenced in the remarkable Deliverance of *Robert Barrow*, with divers other Persons, from the devouring Waves of the Sea, among which they suffered Shipwrack: And also, from the cruel devouring Jaws of the inhuman Canabals of *Florida*. Faithfully related by one of the Persons concerned therein. *Jonah Dickenson*. price stitcht 8*d.*

A brief History of the Voyage of *Katherine Evans* and *Sarah Cheevers*, to the Island of *Malta*, where the Apostle *Paul* suffered Shipwreck. To which is added a short Relation from *George Robinson*, of the Sufferings which befel him in his Journey to *Jerusalem*. price bound 1*s.*

Davideis. The Life of *David* King of *Israel*: a sacred Poem. In five Books. By *I. Ellwood* price bound 2*s.* 6*d.*

Buds and Blossoms of Piety, with some Fruits of the Spirit of Love, and Directions to the divine Wisdom. by *B. A.* price bound 1*s.*